

HC 2
12





CHARTES

DE

L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN DE TOURS

DU XIe AU XIVe SIÈCLE

---

1. — 1002 (X^e^ année du roi Robert), juillet, Tours. — NOTICE DE L'ÉCHANGE, FAIT ENTRE GAUZBERT, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, ET ROBERT DE CHATEAU-LANDON, PAR SUITE DUQUEL LES MOINES OBTIENNENT LA POSSESSION DE BEAUMONT-LA-CHARTRE. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 479 [1]. — Formules finales imprimées par Delaville Le Roulx, *Chartes tourangelles antérieures à l'an mille*, dans le *Bulletin de la Société archéologique de Touraine*, t. IV, p. 371.)

☧ [2]. Pro communi compendio ac utrorumque utilitate placuit atque convenit inter venerabilem Sancti Juliani potestatem,

1. La même liasse H 479 contient un second exemplaire de cette notice. Son texte est, à quelques variantes près, semblable à celui que nous publions, mais les souscriptions qu'il donne sont entièrement différentes. Dom Piolin a imprimé dans l'*Histoire de l'Église du Mans*, t. III, p. 641, ce second exemplaire. Nous indiquerons en notes les quelques variantes qu'il fournit et nous donnerons au numéro suivant ses formules finales.

2. *Invocation monogrammatique*, exemplaire 2.

videlicet domno[1] Gauzberto[2], abbati, et ipsius martyris monachis, necnon, ex altera parte, Rotberto, Castro Landonensis[3] vassallo, ut inter se quasdam terras commutare deberent, quod et ita fecerunt.

Dedit igitur potestas Sancti Juliani, idem domnus abba Gauzbertus et monachi ejusdem loci, partibus jam dicti Rotberti, quendam alodum nuncupantem Villam Rodulfi[4], situm in pago Stampensi, cum aecclesia in honore sancti Petri desuper constructa, cum terris cultis et incultis, cum vineis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus et inmobilibus, previis et exitibus, et cum mediaetate[5] farinarii super fluvium Essonę, insuper in argento solidos CCLX.

Econtra in compensatione, vel vicissitudine jam dicti pretii vel terrae, dedit et tradidit prelibatus Rotbertus, cum consilio fratrum suorum, Pontii scilicet et Erberti, partibus Sancti Juliani et monachorum ipsius loci, alodum quod vocatur Bellomonte[6], situm in pago Cinomannensi, cum aecclesia in honore Sancti Petri[7], cum omnibus appendiciis[8] et utilitatibus suis, terris cultis et incultis, vineis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, et cum omnibus utilitatibus, quaesitis et inquirendis, mobilibus et inmobilibus, previis et exitibus et farinario I in fluvio Dimedię[9].

1. *domno* manque dans l'exemplaire 2.

2. Gauzbert, parent d'Eudes II, comte de Blois et de Touraine, était abbé de Saint-Julien, de Marmoutier, de Bourgueil, de la Couture et de Maillezais. Il mourut le 5 des calendes d'octobre 1007. Cf. *Gallia christiana*, t. XIV, col. 241, 470 et 656.

3. Château-Landon, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Fontainebleau (Seine-et-Marne).

4. Rouville, commune de Malesherbes (Loiret). Cette localité est située au bord de l'Essonne, et sa paroisse dédiée à Saint-Pierre faisait partie du doyenné et de l'archidiaconé d'Étampes. Quesvers et Stein, *Pouillé du diocèse de Sens*.

5. *medietate*, exemplaire 2.

6. Beaumont-la-Chartre, commune du canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).

7. *aecclesia Sancti Petri*, exemplaire 2.

8. *appenditiis*, exemplaire 2.

9. La Dême, rivière, qui prend sa source dans les coteaux de Saint-Laurent-en-Gatines, arrose en Indre-et-Loire les communes de Marray,

Haec vero omnia prelibata, pars parti sibi invicem tradidit atque per loca determinata, consignavit habendi, tenendi, possidendi necnon jure proprietario utendi, faciantque ex eis sicut et de ceteris rebus jure et legaliter adquisistis.

Venerabilis etiam Beati Juliani locus res quas a supradicto Rotberto accepit perpetim teneat, possideat et utatur, nemine inquietante ac contradicente.

Si autem aliqua intromissa persona commutaciones has quolibet modo infringere vel inquietare praesumpserit, nullatenus illud evendicare valeat, suaque repetio [1] omnimodis effectu careat, insuper contra quem litem intulerit argenti solidos mille multatus componat.

Et hae commutaciones uno tenore [2] conscripte, manibus nostris aliorumque bonorum vivorum [3] corroborate [4], firme et stabiles per succedentia tempora permaneant cum stipulatione subnixe.

☧. Signum Archembaldi, archiepiscopi [5].
Signum domni Gauzberti, abbatis.
Signum Rainaldi, decani.
Signum Guidoni, monahi *(sic)*.
Signum Gualterii, sacerdotis et monachi.
Signum Adraldi, sacerdotis et monachi.
Rainaldus, monachus et sacerdos, *subscripsit*.
Gauzbertus, levita et monachus, *subscripsit*.
Gauzuinus, sacerdos et monachus, *subscripsit*.
Johannes, sacerdos et monachus, *subscripsit*.
Ervicus, levita et monachus, *subscripsit*.
Giraldus, sacerdos et monachus, *subscripsit*.

de Chemillé-sur-Dême et d'Épeigné, et dans la Sarthe celles de Beaumont-la-Chartre et de Marçon, et se jette dans le Loir au sud de cette dernière commune.

1. *repeticio*, exemplaire 2.
2. *eo tenore*, exemplaire 2.
3. *virorum*, exemplaire 2.
4. *corroborate*, avec *e* cédillé, exemplaire 2.
5. Archambauld, archevêque de Tours depuis 980 ou environ, mourut le 17 ou 18 novembre 1004. Halphen. *Le Comté d'Anjou au XIe siècle*, p. 84, note 4.

Auramnus, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Constantinus, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Girbertus, subdiaconus, *subscripsit.*
Hugo, subdiaconus, *subscripsit.*
Otgerius, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Bernardus, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Bernaldus, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Arderadus, levita et monachus, *subscripsit.*
Rainaldus, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Gauzfredus, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Drogo, levita et monachus, *subscripsit.*
Leudo, levita et monachus, *subscripsit.*
Johannes, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Girardus, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Durandus, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Gulferius, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Gerricus, levita et monachus, *subscripsit.*

2e *colonne.*

Boso, archidiaconus, *subscripsit.*
Guillelmus, clericus, *subscripsit.*
Burchardus, clericus, *subscripsit.*
Guarnerius, precentor, *subscripsit.*
Fredricus, clericus, *subscripsit.*
Martinus, clericus, *subscripsit.*
Gualterius, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Hugo, monachus, *subscripsit.*
Ingelbaldus, sacerdos et monachus, *subscripsit.*
Rainardus, monachus, *subscripsit.*
Petrus, monachus, *subscripsit.*
Eurardus, monachus, *subscripsit.*
Fulcuinus, monachus, *subscripsit.*
Christoforus, puer, *subscripsit.*
Guido, puer, *subscripsit.*
Erbertus, puer, *subscripsit.*
Martinus, puer, *subscripsit.*
Ulgerius, puer, *subscripsit.*

3ᵉ *colonne.*

Signum Gualterii.
Signum Beroardi.
Signum Wicherii.

Data Turonis, ante presentiam Archembaldi, archiepiscopi, mense julio, anno Incarnationis Dominicae millesimo II, regnante rege Rotberto anno X.

Gualterius, licet indignus sacerdos ac monachus, ad vicem Gauzberti, levite et monachi scoleque primi, scripsit et subscripsit.

2. — 1002 (Xᵉ année du roi Robert), juillet, Tours. — FORMULES FINALES D'UN DEUXIÈME EXEMPLAIRE DE LA NOTICE PRÉCÉDENTE. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 479. — Imprimé, Dom Piolin, *Histoire de l'église du Mans*, t. III, p. 641.)

☧. Signum Archembaldi, archiepiscopi.
Boso, archidiaconus, *subscripsit.*
Willelmus, clericus, *subscripsit.*
Burcardus, clericus, *subscripsit.*
Fredricus, clericus, *subscripsit.*
Guarnerus, precentor, *subscripsit.*
Girardus, clericus, *subscripsit.*
Hugo, clericus, *subscripsit.*
Martinus, clericus, *subscripsit.*
Arveus, clericus, *subscripsit.*
Erbertus crassus.
Jonas, clericus.
Ucbertus, clericus.
Dodaldus, clericus.

2ᵉ *colonne.*

Signum Rotberti, auctoris hujus commutacionis.
Signum Pontii, fratris ejus.
Signum Erberti, fratris eorum.
Signum Gauzberti.
Signum Guascelini, fratris ejus.

Signum Gualterii.
Signum Guanilonis, filii ejus.
Signum Beroardi.
Signum Corbonis.
Signum Wicherii.
Signum Waloii.
Signum Alcherii.
Signum Willelmi.
Signum Eblonis.
Signum Rorigonis.

Data Turonis, ante presentiam Archembaldi, archiepiscopi, mense julio, anno Incarnationis Dominicae millesimo II, regnante rege Rotberto anno X.

Erbertus firmavit. Teodericus, presbiter, firmavit [1].

Gualterius, licet indignus sacerdos et monachus, ad vicem Gauzberti, levitę et monachi scolęque primi, scripsit et subscripsit.

3. — 1004. — Charte par laquelle Avesgaud, évêque du Mans, a la demande d'Eudes, trésorier de Saint-Julien du Mans, abandonne a l'abbaye de Saint-Julien de Tours les droits dus a l'évêché a cause des églises de Notre-Dame de Vaubouan et de Saint-Pierre de Beaumont-la-Chartre. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 479.)

☧. Divinitatis indicibili respectu, rebus fortunatis vicatim animal sibimet potiens concessis, rationale simulque mortale, rapi debet omnimodis utilitate necessitatis animę suę, sive pestiferi loeti formidine, seu florigere sedis ardenti anhelatione. Spetialius vero dominici cura quibus commissa est ovilis quatinus universalis aecclesię Christicolis, maxime autem agmini gregis monastici, paterna miseratione succurant, opere pretium est, uti virginis agni balatus invitet utrosque virdita-

1. Ces deux souscriptions imprimées en italiques sont des autographes, dont l'écriture diffère du reste de l'acte. Il semble même que les deux sont de la même main.

tis ad pascua supernę. Quocirca, ego, Avisgaudus [1], Dei preveniente gratia, Cinomannicę sedis presul, percognitum fore cupio noticię cunctorum Sanctę Aecclesię fidelium, precipueque successorum nostrorum quoniam deprecatus est nos venerabilis pretiosorum testium Christi Gervasii et Protasii, necnon egregii antistitis Juliani thesaurarius, nomine Odo [2], uti de aecclesiis duabus, Sanctę Mariae scilicet quam Vallem Bouanę [3] appellant, Sancti quoque Petri quam Bellummontem nuncupant, venditiones et reditus annuos, qui olim nobis vel antecessoribus notris persolvebantur, benigni Jhesu amore, Turonensibus coenobitis gloriosi athletę, univoci prioris Juliani, famulitio servientibus, pia devotione indulgeremus et episcopali auctoritate confirmaremus.

Cujus peticionem dignam et congruam perpendens, tam ego quam etiam archidiaconorum ac archipresbiterorum nostrorum, ceterorumque nostrę sedis canonicorum caterva, volumus et in perpetuum conservandum decernimus, quatinus sinodales census et quę vulgo circada vel parata dicuntur, prenominatarum duarum aecclesiarum prelibati martyris Juliani Turonensis archisterii coenobite possideant absque cujuslibet personę violentia seu contradictione. Venditiones quoque ex ipsis altariis a nobis sive successoribus nostris minime requirantur aut exigantur.

1. Avesgaud, fils d'Yves de Creil, premier seigneur connu de Bellême, et de Godehilde, succéda comme évêque du Mans à l'évêque Sigefroi, son oncle, décédé après le 12 octobre 997. Il mourut vers 1035, et fut remplacé par son neveu Gervais de Château-du-Loir, fils de sa sœur Hildeburge et d'Hamon de Château-du-Loir. Cf. Robert Latouche, *Histoire du comté du Maine pendant le Xe et le XIe siècle ;* Abbés Ledru et Busson, *Actus pontificum Cenomannis in urbe degentium ;* Eugène Vallée, *Cartulaire de Château-du-Loir*.

2. Est-ce le même personnage que le sous-diacre et trésorier Eudes, dont le nécrologe de la Cathédrale du Mans fait mention aux ides de février, et que le trésorier Eudes qui signa en 1037 la charte par laquelle l'évêque Gervais de Château-du-Loir donna à la Trinité de Vendôme la chapelle de Villedieu ? Cf. Abbés Ledru et Busson, *Nécrologe-obituaire de la Cathédrale du Mans*, p. 37, et Abbé Métais, *Cartulaire de la Trinité de Vendôme,* t. I, p. 32, nº XIV.

3. Vaubouan, commune de Beaumont-la-Chartre (Sarthe).

Et hoc tali tenore statuimus observandum, ut semel in anno una ex ejusdem martyris Juliani coenobitis, huic sanctę Cinommanensi aecclesię et festivitati sanctorum martyrorum Gervasii et Protasii, aut sancti Juliani antistitis, intersit persona.

Precamur interea successorum nostrorum clementiam, ut, sicut ipsi sua statuta firmo ac stabili voluerint vigore persistere, ita hanc auctoritatem, ob amorem Dei omnipotentis factam, perpetuo sinant manere inviolatam.

Si autem, ausu temerario, eam quilibet, quod absit, infringere temptaverit, auxilio omnipotentis Dei sanctorumque omnium destitutus quod repetierit non evindicet, sed, nisi resipuerit, consortium Judę, proditoris Domini, reliquorumque infernorum civium sortiatur aeternis cociti cruciandus suppliciis.

Ut vero certior firmiorque hujus scripturę vigor per succedentia tempora perduret, episcopali auctoritate eam roboravimus, manibusque fidelium nostrorum adfirmari decrevimus.

✠ Avisgaudus, *misericordia Dei episcopus, huic auctoritati subscripsit* [1].

Odo, *diaconus,* hanc auctoritatem fieri rogavit *et subscripsit.*

Hucbert*us*, Sancti Gervasii nobilis *ca*nonic*us*, *subscripsit.* Isahac, *diaconus*, *subscripsit.*

Guillelm*us*, *diaconus*, *subscripsit.* Item Guillelm*us*, canonic*us*, *subscripsit.*

Stephan*us*, *sacerdos atque* precent*or*, *subscripsit.* Aymeric*us*, *diaconus*, *subscripsit.*

Gauzmar*us*, *diaconus*, *subscripsit.* Andreas, *diaconus*, *subscripsit.* Hucbert*us*, cleric*us*, *subscripsit.*

Fulcoius, cleric*us*, *subscripsit.* Arduinus, cleric*us*, *subscripsit.*

Ingelbald*us*, *diaconus*, *subscripsit.* Berengerius, *diaconus*, *subscripsit.* Item Aymeric*us*, cleric*us*, *subscripsit.*

1. La lecture des notes tironiennes nous a été fournie par M. Maurice Jusselin, archiviste d'Eure-et-Loir, qui a bien voulu nous promettre de donner dans un des prochains volumes des *Archives* la publication qu'il prépare des chartes de Saint-Julien antérieures à l'an mille.

Rainaldus, *sacerdos, subscripsit.* Guarnerius, *sacerdos, subscripsit.* Gerricus, *diaconus, subscripsit.*

Data *est* autem hec auctoritas anno Incarnationis *Domini nostri* M. IIII., *in*dictione secunda.

G-er-ber-tus, *acolytus*, *presens fui et* jussus *a* prefato *episcopo atque rogatus ab* Odone thesaurario *scripsi atque subscripsi.*

4. — 1004. — Confirmation par Geoffroy et Ailbert, fils d'Adam, de la donation de l'alleu appelé Taiseis, faite par leur père a l'abbaye de Saint-Julien. — (Note écrite au xie siècle au dos de l'acte original de la donation, Archives d'Indre-et-Loire, H 461.)

Anno Incarnationis Dominicae millesimo IIII, venerunt ad Sanctum Julianum Gauzfredus et Ailbertus, filii Adae, et firmaverunt hanc cartam, et fecerunt wirpum super altare cum ipsa carta, de sua parte et matris eorum atque fratris ipsorum Aymerici, ut numquam exinde locus Sancti Juliani de omnibus ipsis, vel parentibus eorum, amplius habeat calumniam, acceptis pro hoc solidis x, putrellis quoque tribus.

5. — 1005, juillet, la Chartre-sur-le-Loir. — Notice par laquelle Renaud de Vendome, évêque de Paris, renonce au profit de l'abbaye de Saint-Julien aux coutumes mises sur Vaubouan et Beaumont-la-Chartre. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 479.)

☧. Anno Dominicę Incarnationis MV, indictione III, accessit ante presentiam venerabilis Rainaldi, Parisiorum pontificis, domnus abba Gauzbertus, humili prece deposcens quatinus, ob amorem Trinitatis Deificę pariterque pro animarum suę videlicet, ac beatę recordationis Burchardi[1], comitis, necnon

1. Cette notice, bien qu'elle soit publiée d'après un original qui présente tous les caractères de l'authenticité, a cependant été qualifiée par M. Halphen (*Le Comté d'Anjou au XIe siècle*, p. 250) d'acte fort suspect, en raison de cette mention du décès de Bouchard le Vénérable, lequel, d'après le numero 247 des *Cartons des Rois*, était encore vivant le 1er mai 1006. Il peut se faire, comme l'a pensé M. Depoin dans *Essai sur la Chronologie des évêques de Paris de 768 à 1158,* publié dans le *Bulletin histo-*

felicis memorię Helisabet, ipsius conjugis, redemptione, consuetudines illas quas juste vel injuste in terra gloriosi athletę Juliani, scilicet in potestate vulgo vocitata Vallebouana et Bellomonte, possidebat, indulgere dignaretur. Cujus peticionem memoratus pręsul corde benigo recepit, et voti compotem favorabiliter effecit.

Dimisit igitur ac ex toto reliquit prelibatus pontifex omnes consuetudines quas juste vel injuste ipse suique antecessores in terra potestatis Sancti Juliani habuerant, simulque decrevit quatinus ipsemet vel suus ips[ius] venator, auceps, sive quilibet ingenuus aut servus, sive ipsorum equi, vel canes, in omni ejusdem martyris terra, vi aut prece, nullo modo jacere presumant. Hoc ipsum quoque suis successoribus sibimet vicatim succedentibus observandum, communi voto suorum procerum perpetualiter constituit.

Quod si quis hęc transgressus fuerit, nisi digna satisfactione resipuerit, a regno Christi et Dei extraneus habeatur et gehennę perpetuę particeps efficiatur. At contra prenominatus domnus abbas Gauzbertus, pro tantæ bonę voluntatis recompensatione, mente benigna, cum monachorum collegio disposuit, uti anniversarii dies ejus genitorisque ac genitricis ipsius memorati presulis, in coenobio pręlibati athletę Juliani, singulorum celebrentur pleniter annorum curriculis.

Haec vero auctoritatis noticia ut firma et stabilis in perpetuum maneat, his presentibus et videntibus corroborata est.

✠ Rainaldi, Parisiorum episcopi.
Signum Fulconis, Andegavorum comitis.
Signum Dimonis, comitis.
Signum Ansaldi, militis. Signum Hugonis, militis.
Signum Drogonis. Signum Amelini, militis.
Signum Malrici. Signum Solionis.
Signum Othonis. Signum Aimonis.

rique et philologique, 1906, page 234, que la notice, quoique datée de l'époque de l'événement qu'elle relate, n'ait été rédigée que plus tard, après la mort de Bouchard. La mention *beate recordationis*, qui constituerait un anachronisme en admettant que la charte soit de juillet 1005, s'explique dans le cas d'une rédaction postérieure.

2e colonne.

Signum domni Tethbaldi, abbatis.
Signum Mauricii, fratris ejus.
Signum Hucberti, vicecomitis. Signum Fulcherii.
Signum item Hugonis, prepositi. Signum Lisoi.
Signum Guidonis, archidiaconi.
Signum Rorigonis. Signum Girardi.
Signum Baderamni. Signum item Amelini.

Data mense julio, ad placitum quod fuit inter episcopum Rainaldum et comitem Fulconem in silva quę vocatur Ad Illum Carcerem, non longe a fluvio Lith[1].

6. — 1007, avant le 27 septembre[2], Tours. — DIPLOME PAR LEQUEL L'ARCHEVÊQUE HUGUES DE CHATEAUDUN FAIT DON A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN DE LA TERRE DE RANÇAY. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 114.)

In nomine Summi Salvatoris Dei, Sancte Turonice sedis archiepiscopus, Hugo[3], notum immo et percognitum esse volumus cunctis fidelibus Sancte Dei Ecclesie, presentibus scilicet et futuris, precipueque successoribus nostris, quoniam adiit ad nostre celsitudinis paternitatem abbas Gauzbertus et sancti martyris Juliani congregatio, humiliter deprecans uti ex rebus abbatie sancte Marie, que est sita infra claustrum nostre matris ecclesie, terram illam, que est sita in villa vocabulo Rentiaco[4], ad supplementum victui eorum, per hujus nostre auctoritatis testamentum eis concedere dignaremus.

Quorum deprecationem, una cum assensu fidelium nostrorum benigne recipientes, concessimus predictis monachis Beati Juliani prefixam terram in villa vocabulo Renciaco, cum

1. La Chartre-sur-le-Loir, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Saint-Calais (Sarthe).

2. L'abbé Gauzbert étant décédé le 5 des calendes d'octobre de cette année 1007 (voir p. 2, n. 2), cet acte, où il intervient, est antérieur au 27 septembre.

3. Hugues, d'abord vicomte de Châteaudun, puis doyen du chapitre de Tours, occupa le siège de Tours du 3 janvier 1005 au 12 mai 1023. Louis Halphen, *Le Comté d'Anjou*, p. 84, note 4.

4. Rançay, commune de Monts (Indre-et-Loire).

pratis, silvis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, previis, exitibus, mobilibus et immobilibus, totum et ad integrum, quantum Mainerius, nostre sedis decanus, et Agfridus, frater ipsius, indominicatum inibi tenere videbantur.

☧. Hugo[1] . . .

Datum in civitate Turonus, Dominice Incarnationis MVII.

Sindegardus, Sancti Mauricii d[ecanus] . . . Sigenfredus *subscripsit* ; Frederico antigrafo.

7. — Vers 1010[2]. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE MARMOUTIER RELATENT COMMENT ILS AVAIENT CESSÉ DE RECEVOIR UN CENS QUE LEUR DEVAIENT LES MOINES DE SAINT-JULIEN, POUR LE TERRAIN SUR LEQUEL CEUX-CI AVAIENT ÉDIFIÉ LE CHAPITRE DE LEUR ABBAYE. — (Copie, B. N., Dom Housseau, t. III, n°s 359 et 377.)

Notum sit omnibus Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, quod [ex] abbatia Sancti Audoeni[3], quam Burchardus, comes, dedit Sancto Martino, tenebat quidam suus vassalus, Odo nomine, unum arpennum et dimidium de terra, super quem fondamentum est capisterium monasterii Sancti Juliani. Pro qua redebant monachi Sancti Juliani sex denarios de censu, de quo postea censu perdonavit eis ipse Odo pro amore et humili eorum servitio, denarios quatuor, duos vero reliquos pro recognitione, in sua manu retinuit.

Post obitum autem illius sine herede defuncti, reversus est census, sicut et cætera omnia quæ de abbatia tenebat, in dominium Sancti Martini ; quem censum Bernardus, capellanus monachorum Sancti Juliani, reddidit unoquoque anno Herbaldo, majori Sancti Martini.

Hoc autem tamdiu factum est donec domnus Gausbertus,

1. Quand fut faite la copie, plusieurs lignes qui suivaient le nom de l'archevêque étaient complètement effacées sur l'original.

2. Cette notice est certainement de quelques années postérieure au 27 septembre 1007, jour du décès de l'abbé Gauzbert.

3. Saint-Ouen, aujourd'hui Sainte-Radegonde, commune du canton de Tours-nord (Indre-et-Loire). C'est dans cette paroisse que fut établie l'abbaye de Marmoutier.

abbas Sancti Juliani, Majori quoque Monasterio præesse cœpit. Is enim cum utrumque regeret monasterium, et hunc censum per singulos videret annos persolvi, Majoris Monasterii fratres multis precibus exoravit ut singulis annis in festo Sancti Juliani, pleno cangio pigmenti et plena corbe canistellorum et oblatarum et nebularum redditis, prædicti census cessaret exactio. Et hæc quidem redhibitio, sicut ille ordinavit, ita est eo vivente absque contradictione persoluta. Ab illius vero decessu, et consuetudinem, utriusque monasterii ordinatam consensu, et priorem perdidimus censum ; et hoc proclamamus.

Testium vero nomina, quibus suprascriptus Herbaldus, Sancti Martini major, dum adhuc viveret, suam advocariam dedit ad causam legitime prosequendam, inferius habentur adnotata : Rainaldus, major ; Hildebertus, coquus ; Robertus, coquus ; Andraldus ; Christianus de Calva Sorice [1].

8. — 1014. — Diplome par lequel Robert le Pieux confirme a l'abbaye de Saint-Julien la possession de Nouzilly, qui lui avait été donné par Corbon. — (Copie d'après un vidimus de 1275, B. N., Dom Housseau, t. I[1], n° 383. — Imprimé par Pfister, *Robert le Pieux*, p. LI.)

In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis, Rotbertus, divina propiciante clemencia, rex Francorum.

Si cœlestibus incensi desideriis . . . quia anno Dominicæ Incarnationis M.XIIII, indictione XII, nostræ quoque sublimitatis fastigio *(sic)* anno XX . . . adiit clemenciam nostri culminis venerabilis Turonicæ ecclesiæ Hugo, archiepiscopus, innotuit nobis qualiter cenobium prope menia Turonicæ urbis situm et a beato Gregorio, ejusdem civitatis archiepiscopo, in honorem gloriosi martiris Juliani, sicut in gestis miraculorum ejus legitur, dedicatum, ab infestatione barbarorum ac cupiditate celeratorum *(sic)* hominum, eliminata omni religione ecclesiastica, quondam destructum, postea vero a venerabili metropolitano Teotolone, pontifice, in honorem . . . restaura-

1. Carré de Busserolle indique un lieu de Chauvesouris, paroisse de Saint-Symphorien, près de Tours.

tum ac consecratum fuerit, atque de rebus ejusdem loci olim substractis et denuo recuperatis, emptis et adquisitis atque a quibusdam fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, per seriem cartarum concessis, regale præceptum, suggerente et exorante felicis memoriæ avo meo Hugone, inclito Francorum duce, isdem venerabilis præsul humiliter expetierit ac fideliter impetraverit, intimavit etiam quia in eodem continetur præcepto ut quicumque ex rebus beneficii sui, si propria ex hereditate parentum suorum, non possidet, eidem loco pro remedio animæ suæ condonare voluerit, ut id peragat regali acceptus licentia, salva tamen census annua redibitione, ideoque religiosi quique, divino ducti amore, prelibato cenobio multa, auxiliante Deo, per diversa tempora contulissent beneficia, inter quos nobilissimus miles Corbo nomine ecclesiam de Nuzilliaco[1] Sancti Juliani loco, cum tota villa omnibusque rebus ad eam pertinentibus contulit. Cujus filius, benignus patris imitator existens, a genitore meo venerabili Hugone, de eadem ecclesia et villa, cenobio supra memorato testamentum perpetuale obtinuit.

Quo circa isdem reverentissimus Hugo, archiepiscopus, nostram regiam efflagitans celsitudinem, suppliciter deprecatus est uti, more regum nostrorum prædecessorum, per seriem præcepti hoc ipsum confirmare et corroborare dignaremur. Cujus itaque præsulis suggestionem, nec non et famosissimi fidelis nostri comitis Odonis exhortationem atque Corbonis, militis, deprecationem benigno animo suscipientes, placuit serenitati nostræ . . . [2]

9. — 1024. — Notice du don de l'ancien monastère de Saint-Loup, fait a l'abbaye de Saint-Julien par un chevalier appelé Gautier, lors de son retour du pèlerinage de Jérusalem. — (Deux exemplaires de l'original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 497. — Imprimé par Salmon, *Bibliothèque de l'École des Chartes,* t. VI, p. 449.)

1. Nouzilly, commune du canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
2. Le copiste termine ainsi et trace le monogramme du roi, lequel n'est identique ni à l'un ni à l'autre de ceux donnés à la page 59 du *Musée des Archives nationales* (Paris, 1872, in-4º).

☧. Noticia rei gestae qualiter, anno Incarnationis Dominicae MXXIIII, regressus Walterius, miles Turonensis, a sanctis Hierosolimorum locis, ubi Salvator Noster nasci temporaliter, pati, mori et resurgere dignatus est, pro ipsius amore cujus sanctissimum invisere meruit sepulchrum, pariterque redemptione animarum suae scilicet, ac genitoris genitricisque, necnon dilecti filii sui, Wanilonis, Sancti Mauritii thesaurarii atque prepositi, et uxoris suae, Ersendis nomine, simulque aliorum suorum filiorum, Raherii videlicet et Walterii, ad coenobium gloriosae virginis Mariae et beati martyris Juliani, in suburbio Turonicae urbis situm, condonavit perpetualiter ad habendum abbatiam Sancti Lupi[1], cum omnibus quę ad eam pertinent, scilicet cum terris cultis et incultis, domorum aedifitiis, vineis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus et inmobilibus, previis et exitibus, quesitis et inquirendis, cunctisque omnino utilitatibus.

Econtra, in compensatione tanti beneficii, abbas Gauzbertus, cum omni congregatione sibi commissa, concessit predicto Walterio et uxori ejus ac filiis, quatinus in omnibus bonis ad salutem animae pertinentibus quę in prefato beati martyris Juliani loco fierent partem et societatem perhenniter haberent.

Et hoc eis donum specialiter contulit ut, expletis singillatim omnibus horis canonicis, unus psalmus cotidie, exceptis diebus festi, decantetur, et semel in ebdomada generaliter una missa ; pariterque a singulis quibusque sacerdotibus iterum una missa, in ebdomada, pro redemptione animarum ipsorum perpetuo celebretur, et unus pauper, diebus singulis, reficiatur et per omnes annos ad paschalem sollempnitatem congruis vestibus induatur ; et post obitum uniuscujusque dies anniversaria pleniter recolatur.

10. — 1024 [2], 26 octobre. — Charte par laquelle l'arche-

1. Saint-Loup, ancienne abbaye de femmes, située près de Tours, paroisse de Saint-Pierre-des-Corps, au lieu qui, aujourd'hui, est nommé Saint-Marc.

2. Cette charte, donnée par l'archevêque Arnoul un 26 octobre sous le règne de Robert le Pieux et d'Hugues, son fils, est certainement de

VÊQUE DE TOURS, ARNOUL, RATIFIE LE DON DE L'ÉGLISE DE SAINT-LOUP FAIT A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR LE CHEVALIER GAUTIER. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 497. — Imprimé par Salmon, *Bibliothèque de l'École des Chartes,* t. VI, p. 450.)

☧. In nomine Verae Sempiternaeque Deitatis, ego Arnulphus, gratia Dei Turonorum archiepiscopus, noticiae cunctorum fidelium pręcipueque nostrorum superstitum hujus metropolis antistitum fore cupio precoognitum *(sic)*, quoniam accessit ante presentiam nostram quidam consularis ac fidelis noster nomine Gauzfredus, simulque cum eo venerabilis miles nuper reversus a sanctis Hierosolimorum locis, Walterius onomate dictus, et Guanilo, Sancti Mauritii claviger atque prępositus, Raherius quoque et Walterius, fratres ipsius, cum consilio et voluntate matris ipsorum Gersendis, quatinus abbatiam Sancti Lupi, quaę *(sic)* sita est in suburbio Turonicae urbis, quam ipsi in beneficio de nobis tenere videbantur, coenobio Sanctae Dei genitricis ac perpetuae Virginis Mariae et gloriosi atheletę Juliani, cum omnibus adjacentiis et utilitatibus suis, nostra auctoritate perpetualiter concederemus.

Quorum deprecationem ratam et perutilem benigno animo considerantes, concessimus supradicto coenobio Sanctae Dei genitricis et prelibati martiris eandem Sancti Lupi abbatiam, cum omnibus rebus et utilitatibus ad eam pertinentibus, villis scilicet, terris, cultis et incultis, domibus, aediffitiis, silvis, vineis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, perviis et exitibus, quęsitis et inquirendis in quibuscumque adjaceant locis, quatinus in ipsa locus Sancti Juliani suique monachi perpetuo jure, absque diminutione, teneant atque possideant, eo siquidem rationis ordine, ut in eodem loco, monasterio ordini monastico congruo, cum suis officinis, a domno abbate Gauzberto, suisque successoribus sancti martyris Juliani abbatibus, regulari more

l'an 1024, Arnoul n'ayant été élu archevêque de Tours que le 25 novembre de l'an 1023 (*Gallia*, t. XIV, col. 58), et Hugues, fils de Robert, étant décédé le 17 septembre 1025.

pro posse constructo, vota precum, elemosinarumque, non solum pro Gualterio et ejus filiis, sed etiam pro generali Xpisti ecclesia, aeterno jure inibi persolvantur.

Precamur interea successorum nostrorum clementiam, ut sicuti sua facta, quae pro amore omnipotentis Dei fecerint, stabili voluerint vigore persistere, ita haec nostrę parvitatis gesta sinant permanere intacta et inviolata.

Ut autem haec auctoritas firmior sit firmiorque permaneat, manibus propriis eam subconfirmavimus manibusque fidelium nostrorum affirmari rogavimus.

☧. Arnuflus, archiepiscopus.
S. Jonae, archidiaconi.
S. Ervei, archipresbiteri.
S. Rotberti, cellerarii.
S. Stephani.
S. alterius Rotberti.
S. Bernerii.
S. Roberti, filii episcopi.
S. Frederici.
S. Walterii.
S. Berengerii.
S. Ansegysi.
S. Walterii, qui hanc noticiam fieri jussit.
S. Wanilonis, archiclavi, filii ejus.
S. Raherii, filii Walterii.
S. Walterii.
S. Gauzfredi.
S. Anselli.
S. Escelini.

Data est VIII kalendas novembris, in capitulo fratrum, regnantibus Roberto et Hugone, filio ejus, regibus Francorum.

Scripta est a Petro, habitu monacho, levita officio.

11. — 1025 ? — Don de serfs fait par Adalgise a l'abbaye de Saint-Julien. — (Fragments de l'original parchemin. Archives d'Indre-et-Loire, H 461.)

Noticia rei gestę qualiter anno Inc[arnatio]nis Dominicae MXX[V ?], indictione VIII[1], veniens quidam [. . .] nomine Adalgisus ad [monasteriu]m Sancti Juliani in suburbio Turon [icæ urbis] situm, humiliter exp[. . .] domnum abbatem Gauzbertum

1. Le chiffre de l'indiction ne peut être lu avec certitude, sinon la charte devrait être datée sans hésitation de 1025, huitième année de l'indiction.

[. . . mon]achis sibi commissis ut [. . .] et societatem in religiosos om[. . .]onis spiritualis sib[i et uxori] suae, atque filio concedere dignaretur[. . .]t optinuit et ben[. . .]e impetravit. Proinde condona[vit. . .] Adalgisus Deo et Sancto J[uliano], in speciales usus monachorum ipsius [. . .] am homines juris sui, scil[icet. . .] bertum [. . .] fratrem ipsius nomine Girardum [. . .] et voluntate fidelis su[i. . .]ui [. . .] in dictos homines de ejus beneficio [. . .]t, tali scilicet tenore [. . .] his [. . .] in dicto loco Deo famulantibus diebus ut [. . .] serviant quod si aliqua pro[genies e]orum [. . .]liarum jam de eis extitit au[t. . .] orta fuerit simili r[. . .] ibi serviat. Ut autem haec not[icia] Adalgiso absque ulla [. . .] e [. . .] a esse credatur ei, tam ipse Adalg[isus. . .]us fratris et filius ipsius [. . .] herius, una cum matre mani[bus propri]is firmaverunt [. . .] onis [. . .] corrobora[verunt].

[. . . q]ui hanc noticiam fieri rogavit [manu p]ropria firmavit.

[. . ii] ejus. S. Galcherii fratris ipsiu[s . . .]. S. Rianberti, fratris e[jus. . .].

[. . .], qui eosdem homines in beneficium [. . .]. S. Bernardi, filii e[jus. . .].

✠ A [. . .] ejus.

12. — 1034, 16 avril, Tours. — NOTICE DES DONS FAITS A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR LE COMTE EUDES II ET PAR LES SEIGNEURS DE SA SUITE. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 33. — Imprimé par Lex, *Eudes, comte de Blois, de Tours, de Chartres, de Troyes et de Meaux (995-1037), et Thibauld, son frère (995-1004)*, p. 154.)

Anno MXXXIV ab Incarnatione Domini, Odo, comes, in diem tertiam Pasche, quo die statio episcopalis apud Sanctun Julianum agitur, cum Arnulfo, archiepiscopo, ad monasterium Sancti Juliani, cum multis obtimatibus venit, ibique a monachis et abbate Richerio honorifice susceptus, in capitulum Sancti Juliani est conductus, acceptaque societate loci, ipse, uxorque sua, Ermengardis, ac filii ejus, ob recompensationem memoriamque date sibi societatis, per deprecationem Wani-

lonis, thesaurarii, qui de ipso tenebat, concessit Sancto Juliano et monachis ejus boscum Rareti [1] perpetualiter ad habendum, ad omnes focos omnium officinarum monasterii enutriendos, et ad monasterium cooperiendum, et ad omnes officinas ipsius ecclesie construendas, et ad vineas suas faciendas et claudendas, et ad omnia sua opera, sine forestagio et requisitione alterius consuetudinis. Concessit etiam in eodem capitulo, Sancto Juliano et monachis ejus perpetualiter percursum et pascuaria ejusdem silve ad CCC porcos saginandos, omni tempore, sine pasnatico et alia ulla consuetudine ; plures porcos si mittere vellent, hoc a dominis silve et a forestariis exigerent.

Hec omnia concessit Sancto Juliano et monachis suis pro salute anime sue uxorisque ac filiorum suorum, Tetbaldi ac Stefani.

Petiit etiam ut quo die moreretur, nomen ejus inter nomina fratrum scriberetur et memoria ejus ageretur ; quod monachi fideliter devoteque concesserunt.

Signum ✠ Odonis, comitis.

Testes hujus rei : Arnulfus, archiepiscopus ; Guanilo, thesaurarius ; Eblo ; Johannes Pauper [2] ; Gaufridus, vicecomes Dunensium ; Arduinus, vicecomes ; Ilduinus, comes de Ramelu ; Guarinus Male Corone ; Otgerius, filius Otgerii ; Burcardus, frater ejus.

De hominibus Sancti : Bernardus, clericus ; Gauzbertus ; Rainauldus Bornus ; Durandus ; Gauzelinus ; Rainerius ; Rainaldus medicus ; Rainaldus Cancellis ; Girardus ; Petrus, val[etus].

Acta sunt hec Turonus in capitulum *(sic)* Sancti Juliani, regnante Heinrico rege, anno III.

1. Un bois de Rarré est situé près de Ballage, commune de Louestault (Indre-et-Loire). Il s'agit peut-être de Bois-Rahier, aujourd'hui Grandmont, commune de Saint-Avertin (Indre-et-Loire).

2. Un Jean le Pauvre, de Saint-Antoine, vassal de Renauld de Château-Gontier, donna à l'abbaye de Saint-Julien, du temps de Gilbert, qui fut abbé de 1073 à 1093, les églises de Saint-Antoine-du-Rocher. Voir ci-dessous n° 73.

13. — 1037, 23 mai, Saint-Cyr-lès-Rennes. — ACTE PAR LEQUEL MANIGENIUS, CHEVALIER, FONDE ET DOTE LE PRIEURÉ DE SAINT-CYR-LÈS-RENNES. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 495. — Imprimé par Dom Morice, *Preuves de l'Histoire de Bretagne,* t. I, p. 374.)

Alano Britannorum monarchiam gubernante, Warino vero Redonensium regiminis culmini præsulante, Manigenius videlicet miles, quoddam monasterium vetustate poene funditus deletum, fere uno miliario ab urbe versus occidentem situm, in territorio scilicet cui Insula vocabulum est, a fundamento construxi : quo facto, visum est michi debere me Dei servos inibi pro posse locare, qui, sub habitu monastico Deo sanctoque Cirico, qui ibi colitur, deservirent, et pro mea et parentum, carorumque et uxoris meę omniumque fidelium animarum redemptione, necnon pro filiorum meorum felici successione, Deum sanctumque deprecarentur. Requisitis igitur plurimorum inde abbatum monachorumque consiliis, meliori tandem usus consilio, totum me ad domnum Richerium, Sancti Juliani Turonensis cęnobio abbatem, inde converti ut suo consilio atque deliberatione totum hoc ageretur. Qui abbas non pigritatus ob hoc Redonem usque pervenit.

Illis ergo apud illud idem monasterium congregatis, deliberatum est et stabilitum ut predictum monasterium in gubernatione et regimine domni abbatis R[icherii] successorumque Sancti Juliani Turonensis abbatum in perpetuum haberetur. Idem autem abbas suique successores de suis monachis, pro possibilitate quot liberet, ibi mitterent, qui tamen idem monasterium a me M[anigenio] vel a filio meo seu successore cunctis diebus se tenere crederent.

Ego vero M[anigenius], Deo sanctoque Cirico in usus monachorum et me melius ac majus in antea pollicens, in presentiarum tamen tribuo omne territorium quod Insula dicitur, cultum et incultum, cum omnibus pratis et pascuis, cum equitibus, villanis et meditariis, cum vinearum censu, cum omnibus insuper territorio Insulae appendentibus, excepta mea propria vinea, libere et absolute, ea lege et jure quo ipse tenere videor.

Videns autem Warinus, Redonensium præsul, in cujus præsentia hoc agebatur, me quippe laicum ita michi in futurum providere, noluit istius expers fieri elemosinae. Addidit enim jam sæpedicto monasterio, pro salute animę suae, omnem campum quem Policii vocant, intra Insulae fluvium et urbis muros situm.

Hoc autem actum est apud Sancti Cirici monasterium, X kalendas junii, anno Dominicae Incarnationis MXXXVII, epactis I, concurrentibus V, indictione I, cicl. VIIII.

Ut igitur hujus privilegii auctoritas inviolabilis rataque permaneret, ipse Alanus, dux, eam propria manu firmavit primoribusque suorum illam corroborandam tribuit.

Horum nomina subjecta presentat pagina : S. Eudonis, fratris Alani ducis Britannorum ; Signum Gotzelini, vicecomitis ; Signum Rualentis, domini Doli ; Signum [. . .] ; Signum episcopi Redonensis Warini ; Signum Moysi, Redonensis archidiaconi et cancellarii.

Horum etiam omnium favore atque adclamatione confirmatum est, ut si quis huic institutioni refragari, quod absit, vel contradicere aliqua sichofantica reclamatione molitus fuerit, clericus aut [laicus, vir seu femina, dives an pauper, nomen ejus] ab albo [sup]ernorum civium deleatur, omnesque res ejus ac possessiones, si quas habuerit, in dominium comitis patriae transferantur, ac postremo, ut dignum est, in exilium [inrepe] dabili[ter expellatur].

14. — 1037, 23 mai, Saint-Cyr-lès-Rennes. — AUTRE ACTE RELATANT LA FONDATION DU PRIEURÉ DE SAINT-CYR DE RENNES. — (Copie, B. N., Latin 5443. — Imprimé, *Gallia*, t. XIV, col. 163.)

Alano Britannorum monarchiam gubernante, Warino vero Redonensium regiminis culmini præsulante, Maginenius, videlicet miles, quoddam monasterium vetustate pene funditus dejectum, uno fere milliario ab urbe versus occidentem situm, in territorio scilicet cui Insula vocabulum est, a fundamento construxit : quo facto, visum est ei debere se Dei servos inibi pro posse locare, qui sub habitu monastico Deo sanctoque

Cirico, qui ibi colitur, deservirent et pro suo et parentum carorumque et uxoris suæ omniumque fidelium animarum redemptione necnon pro filiorum suorum felici successione Deum sanctumque deprecarentur. Requisitis igitur plurimorum inde abbatum monachorumque consiliis, meliori tandem usus consilio, totum se ad domnum Richerium, Sancti Juliani Turonensis abbatem, inde convertit, ut suo consilio atque deliberatione totum hoc ageretur. Qui abbas, non pigritatus, ob hoc Redonem usque pervenit.

Illis ergo apud illud idem monasterium congregatis, deliberatum est et stabilitum ut prædictum monasterium in gubernatione et regimine domni abbatis R[icherii], successorumque Sancti Juliani Turonensis cœnobii abbatum, in perpetuum haberetur. Idem autem abbas suique successores de suis monachis, pro possibilitate quos liberet, ibi mitterent, qui tamen idem monasterium ab ipso M[aginenio], vel a filio seu successore suo, cunctis diebus tenendo sperarent. Si autem ipse miles aliquando remissius ibi Dei servitium exhiberi comperiret, correctis privatim bis aut ter monachis, tandem abbati suo notificaret, qui abbas, aut hos corrigendo, aut alios mittendo, regulariter locum emendaret.

Prælibatus vero miles M[aginenius] Deo sanctoque Cirico in usus monachorum, etsi melius ac majus in antea pollicens, in præsentiarum tamen tribuit omne territorium quod Insula dicitur, cultum et incultum, cum omnibus pratis et pascuis, cum equitibus, villanis et meditariis, cum vinearum censu, cum omnibus insuper territorio Insulæ appendentibus, excepta sua propria vinea, libere et absolute, ea lege et jure quo ipse illud tenere videtur.

Præfixerunt et instituerunt ne quid de rebus Sancti Ciriaci unquam ad Sancti Juliani cœnobium seu alio transferatur, neu inde ad Sanctum Ciricum, si non placuerit, aliquid transmittatur, sed Dei servi apud Sanctum Ciricum Deo famulantes Sancti Cirici rem omnem in suos usus expendant. Prælibatum autem est atque præfinitum quod si Deus præfatum locum adeo provexerit ut abbate indigeat, Sancti Juliani abbas qui tunc

temporis fuerit illum abbatem eligat, atque mittat, consilio et favore Manigenii, seu filii sui, vel successoris, qui suum scilicet tenuerit honorem.

Videns autem Warinus, Redonensium præsul, in cujus præsentia hoc agebatur, militem quippe laicum ita sibi in futurum providere, noluit illius expers fieri eleemosynæ. Addidit enim jam sæpedicto monasterio, pro salute suæ animæ, omnem campum quem Policii vocant, intra Insulæ fluvium et urbis muros situm.

Hoc autem actum est apud Sancti Cirici monasterium, X kalendas junii, anno Dominicæ Incarnationis MXXXVIII, epactis I, concurrentibus V, indictione I, cicl. IX.

Ut igitur hujus privilegii cautio inviolabilis rataque permaneret, ipse Alanus, dux, eam propria manu firmavit primoribusque suorum illam corroborandam tribuit.

Horum nomina subjecta præsentat paginula : S. Eudonis, fratris Alani ducis Britannorum; S. Gotzelini, vicecomitis; S. Rualentis, domini Doli; S. episcopi Redonensis, Warini; S. Moysi, Redonensis archidiaconi et cancellarii.

Horum etiam omnium favore et acclamatione confirmatum est ut, si quis huic institutioni refragari, quod absit, vel contradicere aliqua sycophantica reclamatione molitus fuerit, clericus aut laicus, vir seu femina, dives an pauper, nomen ejus ab albo supernorum civium deleatur, omnesque res ejus et possessiones, si quas habuerit, in dominium comitis patriæ transferantur, et postremo, ut dignum est, in exsilium inrepedabiliter expellatur.

15. — Après 1037, Saint-Cyr-lès-Rennes. — Fragment de l'acte par lequel Guérin, évêque de Rennes, confirme la donation du prieuré de Saint-Cyr faite a l'abbaye de Saint-Julien par Manigenius. — (Original parchemin, auquel manque la moitié gauche, Archives d'Indre-et-Loire, H 495.)

Alano, Britannorum monarchiam [. . .] Manigenium, militem st[. . .] regulari monachorum disciplina venerabiliter culto pro se et parent[. . .]tate loci, quos liberet servos Dei inibi locaret, qui sub habitu mo[nastico. . .], et ut predictum monas-

terium in gubernatione et dominatione ipsius abb[atis. . .] monachorum multa de bonis suis conferre plura promitte[. . . pro] salute animę meę, cum concessione cleri capituli mei [. . .] de Melet. ; Corentini, secretarii ; Gosdemanni, canonici [. . .].

Ut igitur privilegii hujus auctoritas rata inviolabilisque per [. . .] ex precepto nostrae auctoritatis tribuit videlicet Eudo [. . .] Moyses, etiam noster archidiaconus et ęcclesię nostrę cancellarius [. . .].

Hoc autem actum est apud Sancti Cirici monasterium, me Garino [. . .].

16. — 1044, avant le 21 août[1], Tours. — NOTICE QUI RELATE COMMENT, A LA SUITE DU SIÈGE DE TOURS, GEOFFROY MARTEL, POUR RÉPARER LES DOMMAGES QU'IL A FAIT SUBIR A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN, FAIT REMISE A CETTE ABBAYE DE SES DROITS SUR LA TERRE « DE SABELLINO ». — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 36.)

Noticia hec quomodo Gauzfredus, comes, dedit Sancto Juliano et monachis suis telonea et pedagia per totam terram suam demonstrat.

Tempore illo quo Gauzfredus, comes, obsidebat Turonorum civitatem, ob emendationem dampni in rebus Sancti Juliani a se vel a suis comissi[2], veniens in capitulum Sancti Juliani, circumsedentibus Arnulfo, archiepiscopo, Richerioque, abbate, atque omnibus monachis obtimatibusque plurimis, dedit Sancto Juliano et suis monachis perpetualiter ad habendum sua telonea atque pedagia de aquis et terris per totam terram suam

1. La donation de Geoffroy Martel fut faite pendant le siège qu'il mit devant la ville de Tours et avant le 21 août 1044, jour où, après avoir levé le siège et s'être mis à la poursuite des deux fils d'Eudes II, ses adversaires, il les rejoignit et leur fit subir une défaite à Nouy près de Saint-Martin-le-Beau. Cf. L. Halphen, *Le comté d'Anjou au XIe siècle*, pp. 47-48.

2. Pendant le siège, Geoffroy Martel s'était retranché dans le monastère de Saint-Julien. La *Chronique rimée* de cette abbaye le mentionne en ces termes : Hoc tempore, nostra abbatia | multa et in multis passa est gravamina. | Martellus enim comes eam munierat | et de illa civitatem oppugnabat. Salmon, *Recueil de Chroniques de Touraine*, p. 247.

de Sabellino [1], annona, piscibus atque omni substantiam quamcumque *(sic)* ab ipsis monachis empta vel data sibi fuisset, ut liberam haberent facultatem conducendi ad faciendum quicquid placuisset sibi sine ulla requisitione consuetudinis.

Eodem quoque die, nobiles viri qui cum eo erant dederunt unusquisque, pro remedio animarum suarum, per voluntatem supradicti comitis, ipso audiente et libenti animo annuente, suum teloneum et pedagium Sancto Juliano. Gauzfredus, decanus Sancti Martini ; Ingelgerius Alsoos (?) ; Del Andegavis (?) ; Orricus de Castro Celso ; Gauzfredus Fortis de Treviis [2]; Airardus, prepositus.

Testes hujus rei : ipse comes, qui has litteras firmavit ; Gauzfredus, decanus Sancti Martini ; Machellus ; Orricus ; Gauzfredus Fortis ; Airardus ; Rainaldus.

Signum Gausfredi ✠ comitis.

De hominibus Sancti : Gauzbertus ; Rainaldus ; Gislebertus ; Bernardus, clericus ; Vitalis, presbiter.

17. — Vers 1046. — Acte par lequel Normand de Mayenne abandonne au prieuré de Javron tous ses droits seigneuriaux sur un territoire de deux lieues autour de Javron. — (Vidimus du XIIIe siècle, Archives d'Indre-et-Loire, H 485.)

Omnipotenti...

Norhtmannus de Meduana, per voluntatem domini mei, Gauzfredi, senioris hujus castri, de quo habeo que subscripta sunt, pro salute anime mee meorumque parentum, Sancto Juliano et monachis ejus dono. . . et ad habendum, quicquid habeo in villa Gabrona [3], in ecclesia sancti confessoris Constantiani, omnes consuetudines quas possideo undique in circuitu predicte ecclesie in Gabronensi pago, circumcirca, longe

1. M. Halphen *(opere citato)* a identifié ce lieu *de Sabellino* avec Sablé, chef-lieu de canton de l'arrondissement de la Flèche (Sarthe). Cette identification nous paraît très douteuse.

2. Le copiste a écrit *de Crevins* ; nous rétablissons *de Treviis*. Il s'agit de Geoffroy le Fort, seigneur de Trèves, époux de Thehilde de Maillé.

3. Javron, commune du canton de Couptrain (Mayenne).

vel prope, per spacium duarum leugarum : hoc est vicariam, teloneum, pedagium, forestagium, seu alteras consuetudines ubicumque fuerint per prefatum spacium ; et de illis hominibus qui de me tenent, si monachi aliquid emere vel adquirere aliquo modo potuerint, libenter concedo et ut melius valuero eis adquietabo.

Hoc itaque scriptum manu propria firmavi et fratribus meis et aliis amicis corroborandum tradidi.

Testes : Gauzfredus de Meduana ✠, in cujus presencia factum fuit ; Amelinus de Insula et Radulphus Bricardus, frater ejus ; Galterius, filius Aimonis, et Galterius Foirola et Robertus de Orgeriis ; Gauzlinus, comes ; Robertus Pao ; Frotmundus ; Ugo, frater ejus.

Signum ✠ Orhtmanni qui et Ivo.

De hominibus Sancti : Giibertus ; Rainaldus, cocus ; Tethbaldus Lurreis ; Erbertus Rex ; Archimbaldus.

H. de Kemper scripsit. H...

18. — 14 mai 1046-14 mai 1047 [1], le Mans. — Confirmation par Hugues, comte du Maine, de la donation de l'église de Saint-Constancien, située dans le domaine de Javron, et de celle des églises du Saint-Sauveur et de Saint-Martin faite par Adelelmus, fils de Béraud, et donation par Normand de Mayenne des coutumes qu'il possédait dans le pays de Javron. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 485. — Imprimé par R. Latouche, *Javron au XIe siècle*, dans *la Province du Maine*, t. XVI, p. 49. — Dans la même liasse, vidimus du XIIIe siècle en tête du vidimus de la pièce publiée sous le n° 17.)

Ego Hugo [2], Cænomannicus comes, universis æcclesiæ filiis ubique terrarum locatis tam modernis quam futuris notum volo fieri quod venerabilis Richerius, Sancti Juliani abba

1. Cet acte est daté de la vingtième année du règne du roi Henri Ier ; or le point de départ des années de ce règne est le 14 mai 1027.

2. Hugues IV, comte du Maine (1036 (?)-1051), fils du comte Herbert Eveille-Chien. Cf. Robert Latouche, *Histoire du comté du Maine pendant le Xe et le XIe siècle*, pp. 27-30.

Turonensis, ejusque me adeuntes monachi, voce submissa petierunt ut emptionem quam ipsi de Adhelelmo, filio Beraldi, fecerant, simulque donum quod eisdem monachis de ęcclesia Gabronensi cum omnibus rebus ei pertinentibus contulerat, perpetualiter ad habendum, ceu hereditario jure eis concederem, atque cartam hujusce conscriptionis ad posterorum memoriam ab eis scriptam consulari auctoritate corroborarem, Frotmundo, viro sororis ejusdem Adhelelmi, Willelmo, eciam hujus filio, et aliis parentibus in hoc libenter assensum prebentibus, Gaufredo quoque de Meduana [1], de quo isti tenebant, ipseque de me in omni hac concessione assensum prebente.

Horum itaque virorum petitis non ficte favens, ut prefati monachi in sacris orationibus semper sint memores mei, concessi Sancto Juliano prefatisque monachis ęcclesiam Sancti Constantiani de predicta villa cum ęcclesia Sancti Salvatoris Sanctique Martini [2], cum sepultura, decimis omnibus, cum terris cultis et incultis, silvis, aquis, molendinis, et cum omnibus rebus ęcclesię debitis, cum jam adquisitis vel adquirendis, cum teloneo et mercato, ac aliis consuetudinibus ; villanos etiam atque habitatores hujus terrę sub justitia monachorum fore constituo.

Hęc omnia monachi Sancti Juliani perpetualiter quiete et libere possideant, sine ulla consuetudine atque servicio ulli homini debito.

Si quis vir aut fęmina huic ęcclesie pro sua anima aliquid de suis facultatibus aut ædificamentis dare voluerit, prout libuerit faciat.

Ego quoque hoc monachis predicti Sancti concedo ut, in toto meo comitatu quicquid legaliter emerint, seu eis datum fuerit liberam facultatem habeant emendi vel accipiendi.

1. Geoffroy, seigneur de Mayenne et de Lassay de vers 1040 à 1098, et de la Chartre-sur-le-Loir après 1068.

2. Il existait à Javron, outre l'église paroissiale dédiée à saint Constantien, une chapelle Saint-Martin située dans le bourg, et une autre chapelle du Saint-Sauveur dans l'enclos du prieuré. Abbé A. Angot, *Dictionnaire de la Mayenne*, t. II, p. 489.

Si quis vero posthac, veneno invidię lividus, huic concessioni calumniam injuste inferre temptaverit, justicia Dei et nostra oppressus, aut pęnis corporeis subdatur, aut damna pecunię multetur, ut pravę suę voluntati obsecundare non possit.

Acta sunt hęc Cęnomannis residente prefato comite et Richerio abbate cum suis monachis aliquibusque viris in atrio æcclesię Sancti Petri intra muros[1], quo anno idem comes Bertram duxerat in uxorem[2]. Assensus etiam Gervasii[3] presulis in hiis omnibus affuit. Johannes de Guircha et Anscherius interfuerunt. De monachis : Rotbertus, Herbertus, Mainardus, Warinus.

Quando vero Herbertus et Garinus, monachi, fecerunt hanc emptionem de Adhelelmo, Gaufredus de Meduana interfuit; Garinus, filius Gumbaldi, Gualo de Lupifilgeria ; et quando centum solidi Frotmundo et Adhelelmo dati sunt, habuerunt conventionem hii duo viri ut darent terram Sancto Juliano ad unam carrucam de octo bubus. Gaufredus quoque hoc concessit, per deprecationem Normanni vassalli, monachis Sancti Juliani ut, infra spacium duarum leugarum in circuitu Gabronę ubicumque emptionem fecissent, omnes consuetudines terrę illius quam emissent Sancto Juliano essent sine ulla contradictione.

Donum Normani de Meduana, qui et Hivo dictus est.

Ego Normannus concedo Sancto Juliano Turonensi et monachis ejus quicquid habeo Gabrona in ecclesia sancti confessoris Constantiani et omnes consuetudines quas possideo undique in circuitu predictę ęcclesię in Gabronensi pago, circumcirca, longe vel prope, per spacium duarum leugarum : hoc est vicariam, teloneum, pedagium, forogium, forestagium, seu alteras consuetudines ubicumque fuerint per pre-

1. L'église de Saint-Pierre-de-la-Cour, édifiée dans le palais des comtes du Maine.

2. Comme le fait observer M. Latouche, cette mention nous fait connaître la date du mariage du comte Hugues avec Berthe, veuve d'Eudes de Blois et fille d'Alain III, comte de Bretagne.

3. Gervais, seigneur de Château-du-Loir, évêque du Mans, 1035, puis archevêque de Reims, 1055, mort en 1067.

fatum spacium ; et de illis hominibus qui de me tenent, si monachi aliquid emere vel adquirere aliquo modo potuerint, libenter concedo et ut melius valuero eis adquietabo.

Hoc itaque scriptum manu propria firmavi et fratribus meis et aliis amicis corroborandum tradidi. Gaufredus quoque, filius Garnerii, minabatur villam Gabronę se incensurum. Huic monachi dederunt xx^{ti} solidos cęnomann[ensium], et sic minę cessaverunt.

Signum Hugonis comitis ✠.

S. Gaufredi de Meduana, de cujus beneficio hęc omnia sunt. S. Gaufredi de Torigniaco. S. Radulfi, fratris ejus.

S. Johannis de Guirchia. S. Anscherii.

S. Fromundi. S. Guillelmi, filius *(sic)* ejus.

2^{e} *colonne.*

S. Galterii	filii Gaufredi
de Medu	ana
S. Ade	line, uxoris
ejusdem Gau	terii

De hominibus Gaufredi de Meduana :

Adhelelmus, qui vendidit.

Guarinus, filius Gumbaldi.

Galo de Lupifilgeria.

Gaufredus, filius Garnerii.

Normannus qui et Ivo. Haimericus.

Acta sunt hęc Cinomannis civitate, regnante Heinrico rege, anno XX^{mo}.

19. — XIe siècle, Magny-le-Désert. — NOTICE QUI RELATE COMMENT ADAM DE MAGNY, APRÈS AVOIR CONTESTÉ AUX MOINES DE SAINT-JULIEN LA DIME D'HABLOVILLE QUE LEUR AVAIT DONNÉE « WIMUNDUS », SON PÈRE, FINIT PAR LA LEUR CONCÉDER. — (Copie, B. N., Latin 5.443, p. 78.)

Quoniam dicta et facta hominum ut ipsi labuntur, necesse est ut et dicta et facta litteris commendentur, ut veritatem rerum quas facit modernitas et scire et defendere possit posteritas.

Sciant igitur presentes et futuri quod Wimundus de Magni-

aco, pro anime sue parentumque suorum remedio, decimam de terra sua de Hablovilla [1] Sancto Juliano Turonensi et monachis ejus dederit in elemosina.

Post cujus mortem, filius ejus, Adam, in patris honorem successit. Sed pravorum hominum deceptione et propria cupiditate seductus, in elemosinam patris calumpniam misit decimamque saisivit. Sed cum, nec jure illam retinere, nec monachis, qui eam diu et quiete, et vivente et mortuo patre suo tenuerant, potuisset auferre, Dei tandem inspiratione, consilioque amicorum, patris elemosinam recognovit, decimamque Sancto Juliano et monachis ejus, sine ulla consuetudine vel consuetudinis retentione, quiete et libere, pro anime sue suorumque salute, concessit, ac de ea priorem de Feritate [2], Widonem, quem desaisierat, resaisivit ipsiusque decime concessionem et donum in ipsius prioris manu propria ipse Adam tradidit, ibique ab ipso priore, per pacis osculum, beneficium abbacie et societatem loci sibi et suis accepit, sicque decimam a Sancto Juliano et monachis ejus jure perpetuo possidendam in fraterna pace confirmavit.

Concordiam istam firmavit Adam cum Widone monacho apud Magniacum [3], in propria domo.

Hoc autem Alberea, uxor ejus, et filii sui, Radulfus et Johannes Rainaudus, concesserunt.

Et pro perpetua et fideli decime custodia dominus Adam VI solidos, et uxor ejus VI denarios, et unusquisque filiorum unum denarium, de caritate Sancti et de manu Widonis, monachi, habuerunt.

Horum testes sunt et hoc viderunt :

Ex parte Sancti : Radulfus, forestarius, et Richardus Metirius.

Et ex parte altera : dominus Adam et uxor ejus, Alberea, et domus ejus tota.

20. — XI[e] siècle, Magny-le-Désert. — NOTICE QUI RELATE LA CONFIRMATION FAITE AUX MOINES DE SAINT-JULIEN PAR GUIL-

1. Habloville, canton de Putanges (Orne).
2. La Ferté-Macé, chef-lieu de canton de l'arrond. de Domfront (Orne).
3. Magny-le-Désert, canton de la Ferté-Macé (Orne).

LAUME DE MAGNY DE LA DONATION DE LA DIME D'HABLOVILLE QUE LEUR AVAIT FAITE HERVÉ, SON PÈRE, ET QU'IL LEUR AVAIT D'ABORD CONTESTÉE. — (Copie, B. N., Latin 5.443, p. 79.)

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod Herveus de Magniaco, pro anima sua et pro parentum suorum animabus, decimam suam de Hablovilla Sancto Juliano Turonensi donaverit et monachis ejus.

Habuit autem de caritate Sancti x solidos retinuitque ut annis singulis ab ipsis monachis vel libram piperis vel XII haberet denarios.

Hanc decimam quoad vixit Herveus quiete monachi tenuerunt, et, post ejus obitum, ab uxore ejus, Beatrice, quiete possederunt.

Post mortem utriusque, filius eorum, Willelmus, decimam monachis calumpniari cepit eamque hominibus suis retineri precepit. Quem cum prior de Feritate, Wido, Beati Juliani monachis pro decima requisisset, nec ille illam contra judicium et justitiam retinere potuisset, tandem ipse Willelmus et frater ejus, Robertus, dimissa omni calumpnia, patris sui elemosinam recognoverunt et concesserunt et in manu Widonis, prioris, decime concessionem dederunt et per mutuum osculum beneficium abbacie ab ipso priore susceperunt.

Et pro legitima decime custodia, dominus Willelmus VI solidos, et frater ejus, Robertus, VI denarios, ad emenda calcaria, de manu ipsius prioris acceperunt.

Factum est hoc apud Magniacum, sub pirario, ante domini Willelmi domum.

Horum testes sunt : Robertus Metirius et Osmundus de Hablovilla et multi alii de illa villa.


Retinuit autem libram piperis, vel XII denarios, Willelmus, sicut ante retinuerat pater ejus.

21. — XI[e] siècle. — DONATION D'UN ALLEU A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN. — (Fragments de l'original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 461.)

[Notu]m est omnibus Dei fidelibus quod [. . . . .] diffusam nobiles viri et m[. . . . . .]um suorum [. . . posse]ssionum

atque aliorum bonor[um. . . . . . fi]deliter dita[verunt] [. . . q]uatinus et presentes et seq[. . . . . .]vientes habe [. . .]le corporalem necessitatem su[am. . . . . .] super esset paupe [. . .] distribuerint atque pro dator [. . . . . .] pro miseriam ex [. . .], quorum exempla, ego R[. . . . . .]nterii sequens, de [rebus mih]i a Deo collatis atque ex successio[ne. . . . . .] mihi obvenientibus [Beato J]uliano et ejus monachis et de [. . . . . .] in eorum dominati[one. . . perpe]tualiter ad habendum alodum n[uncupatum. . . . . .] ite animę meae et pa[tris mei] et matris meę, pa[rentum me]orum uxorisque ac filiorum meorum [. . . . . .] ecclesiae cum decima [. . . c]um bosco pertinentem ad ipsum alo[dum. . . . . .]atis cum servis et an[cillis. . .] terris cultis et incultis et vineis [. . . . . .]nprehendam qui [. . . a]lodo possideo Sancto Juliano et su[. . . . . . t]ali conventione ut [. . .] haec possideant et post meum o[bitum. . . . . .]vam ego solummodo in [. . .]tineo ea voluntate eo dono sicu[t. . . . . .] latione illius [. . . . . .] quiete et libere omni tempore possi [. . . . . .] in sacris orationi[bus. . .] patris et matris per memores sint. Quod si fuerit a[. . . . . .]meis vel parentibus [. . .] extranea persona qui hanc don[ationem. . . . . v]oluerint iram Dei omni[potentis in]currat excomunicatus adinque [. . . . .]rit sequestratus sive [. . . Et ut] autem hoc donum stabile perma[neat. . . . . . han]c cartam manu propria firmavi et manibus amicorum filiorumque meorum corroborandam tradidi.

Testes : Godescalus de Lendegavi, filius Ritmanni; Rainaldus de Nantul[di].


S. Rot — gerii Guarinis filius Guarini
S. Alberici — filii ejus
Balduinus
[. . . . .]
Radulfus Saro
Gauzfridus homo Rotgerii archidiaconi
S. Aiglen — tine uxoris ejus
Guarinus nepos Gualterii.
De hominibus [...]

Au verso DE FELGE[. . . . . .]

22. — XI[e] siècle. — ACTE PAR LEQUEL HERVISUS GODESCALCUS DE LANGEAIS, D'ACCORD AVEC SA SŒUR ET SON BEAU-FRÈRE, FAIT DON A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN DE TOUT CE QU'IL POSSÉDAIT EN LA TERRE DE FONTAINE. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 480.)

Ego Hervisus Godescalcus Lendegavis, pro salute animę meae parentumque meorum, dono, immo magis vendo, pro redemptione mei corporis, per voluntatem domini mei Archanbaldi Borrelli, quicquid habeo et de illo teneo in terra Fontaneti [1], terram scilicet, censum, culvertos utriusque sexus et quicquid a me ibi possessum fuit, Sancto Juliano et monachis ejus perpetualiter ad habendum sine calumnia [ul]lius mei parentis, seu ullius mortalis hominis, absque ulla requisitione alicujus consuetudinis.

Accepi autem a monachis quatuor libras denariorum.

Feci etiam hoc per assensum meae sororis Nantildis, et viri ejus, Rainaldi.

Et si fuerit usque aliquis qui hanc venditionem infringere voluerit, ex auctoritate Dei Patris et Filii et S[piritus Sancti], nisi resipuerit, excomunicatus sit.

Et, ut hęc carta firma permaneat, domino meo Archanbaldo et ceteris Dei fidelibus corroborandam tradidi.

23. — 1052. — AVEC L'APPROBATION DU ROI HENRI I[er], RICHER, ABBÉ DE SAINT-JULIEN DE TOURS, AFFRANCHIT LE SERF MARTIN, EN FAISANT SAUTER UN DENIER HORS DE LA MAIN DE CELUI-CI. CET AFFRANCHISSEMENT EUT LIEU EN PRÉSENCE DE GEOFFROY, COMTE D'ANJOU, DE GRECIE, SA FEMME, DE BARTHÉLEMY, ARCHEVÊQUE DE TOURS, ET D'ISEMBART, ÉVÊQUE D'ORLÉANS. — (*Catalogue des actes de Henri I*[er], n° 93.)

1. Carré de Busserolle identifie ce lieu avec Fontenay, commune de Bleré, et au dos de la pièce une cote du XVIII[e] siècle porte *Bléré*. Il semble cependant qu'il s'agit de Fontaine-Bourreau, actuellement la Fontaine-Bresson, commune de Vernantes (Maine-et-Loire). Archambauld Bourreau n'est toutefois pas nommé parmi les seigneurs de Fontaine que mentionne le *Dictionnaire de Maine-et-Loire*, de Célestin Port.

24. — 1053. — Acte par lequel Guillaume de la Ferté-Macé [1] fait don a l'abbaye de Saint-Julien de plusieurs églises situées en Normandie. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 77.)

Auctor legis Deus, inter multimoda precepta antiquitus data, primitias decimasque sacerdotibus et ministris altaris a populo süo offerri mandavit. Quod edictum tonanti ipsius voce Salvatoris in sacris Evangeliis est assertum atque apostolicorum virorum scriptis districtiore lege sancitum, ita ut laicales personas, decimas primitiasque æcclesiis debitas ad necessarios usus transferentes, horribili feriant anatemate. Et non modo prophetica proloquia Evangeliorumque tonitrua cunctarumque divinarum paginarum hortamina, decimas primitiasque reddere, verum helemosinis ceterisque bonis operibus fideles quosque hortantur invigilare.

Que ego Willelmus, morte pertractans et considerans a justo judice Deo unicuique, pro benefactis æterna premia recompensari, et pro non bene gestis æque supplicia rependi, pro remedio animæ meæ uxorisque et omnium filiorum meorum et ut valeamus in illorum qui sua Deo contulerunt cœtu numerari, dono et trado Sancto Juliano monachisque ejus perpetualiter æcclesiam Sancte Marie de Berlo [2], et altare et omnes reditus eorum, decimas scilicet, primitias, sepulturam, sinodalia, circada et omnes forfacturas ad ipsam æcclesiam pertinentes, hoc est : sacrilegium, latrocinium, infracturam cimiterii et cum omnibus commissis episcopo pertinentibus, et quodquod ad presens in his rebus possideo, et in futurum adquirere potuero cum assensu filiorum meorum, genitricisque ipsorum, dominique mei Ivonis [3], Oximorum presulis, de quo prescriptas consuetudines hujus æcclesiæ et duarum subjec-

1. Cf. ci-dessous, nº 37.

2. Il s'agit ici d'un Bellou, et très certainement de Bellou-en-Houlme, canton de Messei (Orne), la seule des deux paroisses de ce nom de l'ancien diocèse de Séez qui soit dédiée à la Sainte Vierge. Bellou-le-Trichard a aussi la Sainte Vierge pour patronne, mais cette paroisse, aujourd'hui du diocèse de Séez, faisait autrefois partie de celui du Mans.

3. Yves de Bellême, évêque de Séez, 1034-1070.

tarum in beneficio teneo, et cum auctoritate Willelmi, Normannorum principis, Rogeriique, mei senioris.

Eodem tenore concedo Sancto Juliano et ei servientibus æcclesiam Sancte Marie de Habletvilla [1], cum decimis et primitiis consuetudinibusque in priori æcclesia prescriptis, æcclesiam quoque Sancti Petri de Guaiolo [2] eodem animo trado monachis prefati martyris, cum omnibus reditibus ipsius et consuetudinibus episcopo pertinentibus. Junioratus etiam ipsarum ecclesiarum in monachorum potestate omni tempore sint. He æcclesie in diocesi Oximorum... constitute.

Alias nichilominus duas æcclesias de Magniaco [3] et de Firmitate [4], utrasque in honore sancte Dei genitricis consecratas, Sancto Juliano dono cum decimis, primitiis, sepulturis, synodo, circada et cum omnibus reditibus episcopo pertinentibus, sicut ego de Cinomannensi pontifice, de cujus episcopatu sunt, possideo.

Adjicio quoque terram Helgoti de Berlaria, quantum sufficit uni carruce ad tres saciones in Ablovilla similiter ad unam carrucam.

Hec omnia asscripta et que in futurum augere potuero Sancto Juliano trado, ut memores sint mei dominorumque meorum et filiorum et quorum assensus in his fuerit.

Quod si fuerit aliquis, vel parens seu heres, aut quilibet extraneus, qui hoc scriptum infringere temptaverit, auxilio Omnipotentis Dei omniumque sanctorum, destitutus, consortium Jude proditoris cunctorumque malorum, nisi resipuerit, sorciatur.

Ut vero certior firmiorque hujus scripture vigor perduret, eam firmavimus manibusque dominorum et filiorum amicorumque meorum corroborandam tradidimus.

Post mortem Guillelmi, hujus rei datoris, monachi Sancti

1. Habloville, canton de Putanges (Orne).
2. Giel, canton de Putanges (Orne).
3. Magny-le-Désert, canton de la Ferté-Macé (Orne).
4. La Ferté-Macé, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Domfront (Orne).

Juliani dederunt Guillelmo, filio ejus, et fratribus suis, pro confirmacione hujus rei, c solidos cenomannensium per manus Bernardi monachi.

Si ☧ gnum Hivonis, pontificis Sagiarum, quod est Oxismorum.

S. Willelmi, principis.

S. Maidelindis, uxoris ejus.

S. Willelmi, comitis de Archis.

✠ S. Willelmi, qui hoc donum fecit. S. filii ejus.

S. Guidonis, comitis de Brionnia.

S. Rotgerii de Bellomonte.

S. Rodulfi, cubicularii.

S. Ingenulfi.

Acta sunt hec anno MLIII, regnante Heinrico rege anno XXVIII, ante presentiam Guillelmi, comitis Normannorum.

25. — 1058. — NOTICE QUI RELATE L'ABANDON FAIT A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR HARDOUIN DES ROCHES, HARDOUIN, CHANOINE DE SAINT-MARTIN, ET THIBAULD, CHEVALIER, SES FILS, DE DIVERSES COUTUMES ÉTABLIES SUR LA TERRE DE L'ABBAYE, A NOUZILLY. — (Fragments de l'original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 461. — Copie du XVIIIe siècle, Archives d'Indre-et-Loire, H 489.)

Chirographum. — Cum in ęcclesia memorie tradendum aliquid a fidelibus agitur debent filii [ejusdem æcclesiæ illud] [1] ad posterorum noticiam litteris mandare, quatinus et presentes et secuturi omnes agnoscant [qualiter ipsa] res acta sit, quod nos monachi Sancti Juliani agentes notum fore cupimus omnibus nostrae ęcclesiae fil[iis, quod vir nobilis]simus Harduinus de Rupibus, anno Dominicę Incarnationis MLVIII, infirmitate sui cor[poris detentus, ad] Sancti Juliani cœnobium properavit monachilis ordinis gratia suscipiendi, quod cum devot[e ab abbate Richerio et fratribus] impetrasset, deprecatus est suos filios, Harduinum, Sancti Martini canonicu[m, atque Thoebaldum, mi]litem [2], quatinus pro suis animabus omnes consuetu-

1. Les passages entre crochets n'existent plus sur l'original ; on les a empruntés à la copie du XVIIIe siècle.

2. Ce document nous fournit le moyen de rectifier la généalogie des seigneurs de Rochecorbon qu'a donnée Carré de Busserolle *(Dictionnaire,* t. V, p. 372). C'est à tort que cet auteur a affirmé que Thibauld des Roches

dines, quas in terra Sancti Juliani, de Nuziliaco [1], [immiserant, ipsi] sancto remitterent. Qui, paternę voluntati obtemperantes, non ficto animo guerpive[runt protinus pasnaticu]m multonum de Nuziliaco, quod injuste hactenus tenuerant.

Dederunt etiam Sancto Juliano vi[cariam ex integro] ejusdem potestatis quam Teachius de ipsis tenebat, tali tenore ut qui eam tenebant de abb[ate et monachis] in futuro tenerent.

Partem quoque suam de castaneis de bosco Sancti Juliani Castaneti, quam monac[hi olim propter] defensionem forestę, idcirco quod a vicinis devastabatur, eidem Harduino tali pacto concesse[rant, ut monachi] medietatem castanearum et ipse vir alteram haberet, hanc suam ex integro partem pater filiique eidem [Sancto et monachis per]petualiter condonaverunt.

Concesserunt itidem monachis omni tempore unius diei quen[cumque voluissent] piscationem in septimana per totam suam aquam Siccidue de Rupibus [2], tali ratione ut si monachis in [una aut duabus vel] tribus quatuorque seu pluribus septimanis non vacaret piscari, omnes intermissos dies quando ei[s vacaret recuperent]. Duos etiam servos eidem Sancto dederunt Anstasium atque Herbertum.

Hęc omnia Sancto Juliano, tam pater quam [filii perpetualiter] ad habendum, pro salute suarum animarum et parentum suorum, dederunt et litteris tradi jus[serunt cartamque presen]tem manibus propriis firmaverunt et manibus fidelium suorum atque parentum corroborar[e fecerunt].

Signum Harduini ✠. Signum Harduini, filii ejus ✠. Signum [Thoebaldi, fratris ejus]. Signum Guanilonis et Rainaldi, nepotum ejus.

Testes etiam alii hujus rei : Drogo ; Gofridus, filius Ber-

était fils de Tedasius. Nous voyons par ce texte et par deux autres chartes qui suivront que le père de Thibauld se nommait Hardouin et qu'il avait un autre fils, Hardouin, chanoine de Saint-Martin.

1. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).

2. Il s'agit peut-être de la rivière de la Cisse, qui se jette dans la Loire à Vouvray, près Rochecorbon, et dont le cours, d'après Carré de Busserolle, se prolongeait au XIIe siècle jusqu'à Saint-Symphorien.

nardi Blodi [1] ; Lanbertus Arcuarius ; Galonis, vicarius ; [Loebertus ; Durandus.]

De hominibus Sancti : Gauzbertus ; Rainaldus de Cancellis ; Gislebertus ; Tetbaldus de [Nuziliaco ;] Mauritius ; Richardus ; Guarinus.

26. — 1059, Bonneville. — DONATION A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN FAITE PAR ADAM DE SAINT-BRICE DU LIEU DE RONCHEVILLE ET DE SES DÉPENDANCES. — (Copie, Archives du Calvados, registre A 151, f°s 1 et 2.)

Cum unicuique mortalium propriis de rebus pro voto agere liceat, id quod sibi placeat, habet ratio fidelium, unde sibi veram salutem acquirat, si nostro posse, in hiis creatura Creatori deserviat.

Quo cognito Adam de Sancto Bricio, cum exheredatus a comite Normanorum Willelmo, intereundo per civitatem Turonensem et redeundo, ab abbate Roberto et monachis Sancti Juliani, martiris, honorifice multocies susciperetur ac honeste procuraretur et de duodecim librarum equo donaretur, Dei tandem inspiratione in capitulum ipsorum venit, ibique Sancto Juliano et monachis ejus Ronchevillam [2], quamdam suis juribus villam, in Normania apud Bavent [3] sitam, in manu Roberti, abbati[s], dedit et super altare ipsius Sancti propria manu firmavit, ita tamen si ullo modo impetrare eam

1. Geoffroy, fils de Bernard Bloi et de Milsende de Maillé, que quelques documents nomment Geoffroy de Maillé, était en 1067 en possession du château de Maillé, qu'il administrait probablement pendant la minorité d'Hardouin II de Maillé, son cousin. Il vivait encore en 1108, année en laquelle il fut témoin d'une charte donnée au profit de l'abbaye de Marmoutier par Robert des Roches, fils d'Hardouin des Roches. Sa mère, Milsende, fille de Gauzbert, à qui Gilduin de Saumur inféoda vers l'an 1000 le château de Maillé, était avant 1079 veuve de Bernard Bloi. Dans une charte de 1096 elle est dite Milsende des Roches, ce qui semblerait indiquer qu'elle aurait contracté une seconde alliance dans la maison des Roches. Quoi qu'il en soit, des relations de parenté semblent avoir existé entre cette maison et les premiers seigneurs de Maillé. — Cf. abbés Ambroise Ledru et L.-J. Denis, *La Maison de Maillé*, t. I, pp. 5-7.

2. Roncheville, commune de Bavent (Calvados).

3. Bavent, canton de Troarn (Calvados).

possunt monachi a comite Guillelmo. Deinde abbas Robertus, in Normaniam ad civitatem profectus Ronchevillam, obfacile impetravit et in dominium Sancti Juliani accepit ita quiete et libere ut eam tenuerat Adam ab ipso comite.

Postea vero, a comite Willelmo Adam evocatus, Normaniam reversus est et benigniter a domino receptus. Igitur in præsentia utriusque, apud Bonavillam [1], Robertus, abbas, adfuit, ibique donum quod de Ronchevilla Sancto Juliano Adam fecerat confirmavit, et in manu comitis, genu ejus osculato, cum baculo custodiendum tradidit.

Ut autem hoc firmum esset et quietum, pro amore Dei et abbatis Roberti, vassalique sui Adde, Ronchevillam comes in propriam custodiam accepit, et, de bosco qui Ronchevillam inveniet, monaco qui ibi maneret ad focum et ad omnes clausuras tribuit ; et omnibus jumentis, pecoribus, pecudibus tam monachorum quam eorum hominum, et in plano et in bosco, per totam bonam pasturam omni tempore sine ulla contradictione concessit.

Quod ad veritatis testimonium manu propria ipsam cartham firmavit et baronibus firmandum tradidit.

Actum apud Bonavillam, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quinquagesimo nono, Henrico, rege Francorum, trigesimo quarto.

Signum Willelmi ✠, comitis ; [Signum][2] Willelmi, comitis Darche ; S. ✠ Widon[is], comit[is] de Bronnia[3] ; S. Radulphi, cubicularis ; S. Ingenulphi ; S. Rogerii, comitis de Mongomeri ; S. ✠ Mathil[dis], de Luigne comitis ; S. ✠ ipsius Ade.

27. — 1061, Tours. — Vente du lieu de Balneolito, faite a l'abbaye de Saint-Julien par Gaultier, Hemeri et Pierre, fils d'Harderadus. — (Fragments de l'original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 461.)

1. Bonneville-sur-Touques, canton de Pont-l'Évêque (Calvados).
2. Sur la copie, le mot *Signum* a été remplacé par *Sancti*.
3. Le copiste a lu *Wdone, comitte de Bronnia*.

[. . . . . .] debet id quod [. . . . . .] litteris tradendum quatinus presentes et secuturi agnoscant qualiter conventio qua [. . .] facta sit. Quapropter nos fratres filii Harderadi, Gualterius, Haimericus, Petrus et reliqui quorum nomina subter scripta sunt percognitum fore cupimus Sanctę Dei Ecclesiae fidelibus precipueque successoribus nostris quod nos una voluntate, uno animo, per consensum atque auctoritatem domini nostri archiepiscopi Bartolomei [1], de cujus beneficio tenemus, Sancto Juliano et suis monachis vendimus atque de nostro jure in dominium eorum transfundimus perpetualiter ad habendum terram de Balneolito vel de Prevallia, cum aquis, pratis, vineis, silvis, cum [. . .] servis utriusque sexus ex ea naturalibus et cum omnibus utilitatibus ad e[am pertinen]tibus.

Hanc itaque terram nos predict [. . .] ensu pro nostra [. . .] communi nostra fraternitati vendimus [. . .] in mariagio [. . .]dimus. Precium autem fuit decem libre de[. . .] et una uncia auri[. . .] a monachis pro hac causa accepimus, et ipsam terram quietam sine ulla calump[nia perpetu]aliter ad habendum eis tradidimus.

✠ Gualterii. ✠ Pontii, fratris ejus.

Mauricius, vir sororis eorum.

✠ Agnetis, sororis. ✠ Aime[rici].

Signum Petri, fratris ejus. ✠ Signum Ugonis, fratris ejus. Signum Gisleberti. [Signum] Roberti. Signum Ascelini.

Testes : Land[. . .

alterii

De hominibus Sancti : Aldradus ; Tescelinus ; Petri ✠, fratris eorum, pro quo factum est hoc. Rainaldus de Cancellis. Signum [. . .]ldus. Odo. Andreas.

Haimericus firmavit apud Castellonem castrum. Galterius et Agnes, soror ejus, et Pontius, frater, apud [. . .] Petrus in capitulo Sancti Juliani Turonis.

Acta sunt Turonis, anno MLXI, regnante Filippo, rege, anno secundo. Tescelinus et Bernardus, frater ejus in [. . .]vis h[. . .].

1. Barthélemy de Chinon, archevêque de Tours de 1052 à 1068.

28. — 1062. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-JULIEN RELATENT COMMENT THIBAULD DES ROCHES ET HARDOUIN, SON FRÈRE, ONT RENONCÉ, ENTRE LES MAINS DE L'ABBÉ ROBERT, A LEURS REVENDICATIONS SUR LA TERRE D'AVANTIGNY. — (Fragments de l'original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 461. — Copie, B. N., Latin 5443, p. 34.)

Anno MLXI[I, Tetbaldus de Ru]pibus et frater ejus Harduinus, fil[ii Harduini,] guerpiverunt R[oberto abbati et m]onachis Sancti Juliani in capitul[o calumpniam] quam mitteba[nt in quarta d]e Aventiniaco [1], quam emerunt [monachi de] Tedachio, con[sentiente et an]nuente suo seniore Harduino. [Filii vero ipsius], pro remedio ani[marum suarum] et patris matrisque, annuunt [et consenti]unt Sancto Julia[no et monachi]s ejus, sicut pater illorum fecerat, [quartam absque] ulla calumpni[a dederu]nt etiam masuralia de omni te[. . .]ni, pro amor[e Dei et salute a]nimarum suarum, tali convention[e . . .]narius seu bo[. . . m]ọnachi vel majoris terrę mas[. . .]querit mona[. . .] inem illius reddat. Si autem [. . .] masuralis ob[. . .]r guerram aut sine foris factor[. . .]surale reliqu[. . .]e illud a consuetudine quietum [. . .] hoc itaque mo[. . .]ia masuralia hi duo fratres Sancto Juliano [. . .].

Hactum est in capitulum [. . .].

Testes hujus re[i. . .].

Godefridus, Gauz[. . .].

Alexander, Gerori, [. . .].

De Sancti hominibus : Sig[num . . .].

Nortmandellus [. . .].

29. — 1063, Bonneville. — DIPLOME PAR LEQUEL GUILLAUME LE CONQUÉRANT CONFIRME AUX MOINES DE SAINT-JULIEN LA DONATION DE LA TERRE DE RONCHEVILLE QUE LEUR A FAITE ADAM DE SAINT-BRICE. — (Copie abrégée de l'original, B. N., Latin 5.449, p. 49. — Copie d'après une lettre de confirmation donnée en 1160 par Henri II, roi d'Angleterre, Archives du Calvados, registre A 151, f°s 3-5, et B. N., Latin 12.677,

1. Avantigny, commune de Mettray (Indre-et-Loire).

f°s 193-194. — Fragments d'un vidimus de juillet 1249, Archives d'Indre-et-Loire, H 963 [1].)

Dum unusquisque in hac vita subsistit, totis nisibus debet celestia requirere et de caducis et perituris rebus æterna atque mansura mereari.

Quod ego Willelmus, dux et comes Normanorum, sollicite pertractans, notum volo fieri Sanctæ Dei fidelibus et filiis catholice Ecclesie, quod ego, pro redemptione animæ meæ atque meorum progenitorum et Normanie principum, pro salute quoque meæ uxoris atque meorum filiorum, dono Sancto Juliano Turonensi et monachis ejus perpetualiter ad possidendam Roncevillam [2], cum terra ad eam pertinente omni, et cum omnibus ipsis cultoribus ipsius terræ, et cum omnibus consuetudinibus quæ in ea sunt, omnibusque utilitatibus et adjacentiis ejus, et insuper omnibus rebus ubicumque fuerint sive prope seu longe. Trado autem prædicto Sancto Juliano ipsum alodum perpetualiter ad possidendum, ex concessione Adam de Sancto Bricio, vassali mei, qui eum prius tenuit.

Hic autem Adam, cum a me rex exheridatus fuisset, et inter eundum ac redeundum per civitatem Turonum, ab abbate Robertho et monachis præscripti martiris Juliani honorifice multoties susciperetur, ac honeste procuraretur, et duodecim librarum equo donaretur, Dei tandem inspiratione, in capitulum ipsorum venit ibique prænominato Sancto ejusque monachis prædictam sui juris villulam, scilicet Roncevillam, prope Bavent [3] sitam, in manum prædicti Roberti, abbatis, dedit, et super altare ipsius [Sancti] propria manu firmavit, ita tamen si ullo modo impetrare a me eam possent monachi.

Deinde venit abbas Robertus in Normaniam, supradictam villulam a me impetrare cupiens.

Igitur, ego supradictam terram, sicut ipsa die in manu mea eam tenebam, Sancto Juliano ejusdemque monachis, ipso Adam jam mecum pacificato presente, volente et concedente

1. Nous donnons le texte que fournit le ms. latin 12.677.
2. Roncheville, commune de Bavent (Calvados).
3. Bavent, canton de Troarn (Calvados).

et orante, dedi, ita scilicet ut, ab ipsa die et deinceps per omne tempus, monachi ejusdem Sancti quiete et libere eam possideant, habentes licentiam in eam terram plantandi et ædificandi prout melius potuerint.

Dono etiam eidem Sancto et monachis ejus pascua ad eorum pecora in plano et bosco quiete sicut ego teneo. Addo quoque eis ligna quotiens monachus sive abbas adfuerit ad calefaciendum. Talique conventione hoc de meo jure in eorum donationem transferendo, quatenus, et in vita et post meum obitum, in sanctis orationibus mei memores semper sint.

Sunt igitur in eadem terra tres aripennes prati optimi in maresco, salinas duas et dimidiam habet ibi Sanctus Julianus reddentes ei xv teloneo aubras [1] salis, et de duobus asinis, de teloneo unum denarium de eis qui sal emerint de ipsis salinis. Et si monachus vel homo Sancti sal emere voluerint, multo levius accipiat quam quilibet extraneus. Habet item Sanctus unam aream ad Divam minorem. Equites hujus terræ, qui servi erant Adam, serviant Sancto Juliano.

Distat hæc terra a mari quatuor millibus ubi Diva [2] fluvium in Oceanum influit.

Vicaria terræ Sancto Juliano est.

[S. Wil✠lelmi comitis, Northmannorum ducis. S. Matildis ✠, uxoris ejus] [3].

Testes hujus rei : Oddo, Baiocensis episcopus [4] ; Willelmus, filius Hosberti ; Roserius de Bellemonte ; Willelmus Crispinus ; Gilbertus, frater ejus ; Gauf[redus] Catus ; Robertus Bertrandus ; Hugo de Monteforti ; Robertus, Moritoni comes ; Roserius de Montecommuni ; Hugo Borrillarius ; Unfredus, præpositus de Bavento ; Cosmarus, serviens comitis ; Robertus Virellus ; Willelmus de Monte Warusi ; Rogerius de Verdderolles. Hii tres erant homines Adam.

1. Tout ce passage a été cité par Du Cange dans son *Dictionnaire* au mot *Aubra*.

2. La Dives, fleuve qui prend sa source dans le département de l'Orne, arrose le Calvados et se jette dans la Manche près de Dives.

3. Ces deux souscriptions ne se trouvent que dans le latin 5.443.

4. Eudes de Conteville, évêque de Bayeux, 1050-1097.

Acta sunt hæc anno M L XIII ab Incarnatione Domini apud Bonam Villam, regnante Phillippo, rege, anno III°.

30. — 1064, Tours. — CHARTE PAR LAQUELLE THIBAUD DES ROCHES, A LA PRIÈRE D'HARDOUIN, SON FRÈRE, AVEC L'ASSENTIMENT DU COMTE GEOFFROY ET DE GEOFFROY DE PREUILLY, SON SEIGNEUR, RATIFIE LE DON DU FRANC ALLEU DE NOUZILLY FAIT PAR SES ANCÊTRES A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN. — (Deux copies sur papier, l'une du XVe siècle, l'autre du XVIIIe, Archives d'Indre-et-Loire, H 489.)

In nomine Christi, ego Theobaldus de Rupibus, cogitans de Dei retributione, pro salute animæ meæ parentumque meorum, allodum de Nozilliaco [1], quem primogenitores mei olim Sancto Juliano dederunt, immunem et quietum facimus ab his consuetudinibus quas in meum dominium habeo, et [. . . .] Deo, do igitur Sancto Juliano et monachis ejus, per voluntatem fratris mei, Harduini, clerici, atque per assensum comitis Goffridi, dominique mei Gaulfridi Pruliacensis, de quo hec tenere videor, omnem justitiam hujus allodi, sive plani seu silvæ ubicumque eam habeo, et omnem commendadititiam terræ et forragium et quicquid ego in dominium in eo habeo, exceptis castaneis, quas villani reddere solent ; has mihi retineo per donum abbatis et monachorum in charitate, dum vixero. Post obitum meum, Sancto Juliano sint, [et] aliæ castaneæ quas habere solebamus pater meus et ego, frater quoque meus, Sancto Juliano olim dedimus.

Vicariam terræ hujus in meum dominium non habeo, sed si monachi de his qui eam de me tenent acquirere potuerint, libenter eam Sancto Juliano concedo.

Hec terra ita quieta sit ut meus homo nunquam in eam amplius in æternum ingrediatur neque propter hominem distringendum neque propter aliquid accipiendum, neque propter aliquam vim faciendam.

Si quis hoc annuerit, annuat ei Deus regnum suum, quicumque contradixerit, contrarius ei Deus Omnipotens sit.

1. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).

Signum Gaulfredi de Prulliaco, thesaurarius *(sic)* Sancti Martini.

Acta sunt hec in capitulum Sancti Juliani, presente Roberto, abbate, anno MLXIIII, regnante Philippo, rege, anno IIII. Rotgerius scripsit.

31. — 1066, après le 4 août, Tours. — ACTE PAR LEQUEL RENAUD DE CHATEAURENAULT ET ELISABETH, SA FEMME, FONT DON A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN DE L'ÉGLISE DE SAINT-ANDRÉ DE CHATEAU-RENAULT. — (Copie, B. N., Dom Housseau, II², nº 693.)

Divina propicíante gratia, ego, Rainaldus de Castro Rainaldi, uxorque mea, Helisabeth, cupientes evadere Erebi penas Polique adipisci gaudia, ex honore michi a Deo collato, per exhortationem atque deprecationem predictæ meæ conjugis, necnon per voluntatem domini mei Gauffredi, comitis, per consilium quoque meorum fidelium, dono Sancto Juliano, abbati Roberto monachisque ejusdem Sancti, perpetualiter ad habendum, ecclesiam Sancti Andreæ de Castro Rainaldi [1] quietam et liberam ab omni consuetudine, cum decimiis *(sic)* et terris et omnibus rebus ad eundem monasterium pertinentibus... Dedi etiam ad burgum faciendum quantum tenent fossata veteris castelli qui fuit incensus igne, sine ulla consuetudine...

Et si ibi non potuerint facere burgum propter masuras militum, accipiant terram quæ est inter viam et aquam, et ibi faciant suum burgum, sine ulla consuetudine...

Signo autem sanctæ ✠ crucis hanc cartam signamus ut firma per omnia tempora habeatur... S. Rainaldus ; S. Helisabeth, uxor ejus.

Acta fuerunt hæc Turonis, in capitulum *(sic)* Sancti Juliani, anno Domini MLXVI, regnante Philippo, rege, anno VII, Bartholomeo presidente anno decimo quarto.

1. L'église de Saint-André donnée aux moines de Saint-Julien fut détruite au XVIe siècle. Reconstruite au même endroit et consacrée en 1562, elle est aujourd'hui l'église paroissiale de Châteaurenault.

32. — 1067. — Don fait par l'abbé Robert et les moines de Saint-Julien. — (Analyse, B. N., Latin 12.677, f° 233.)

Robertus, abbas Sancti Juliani, et monachi præstant cuidam feminæ tres libras denariorum pro quadam necessitate, pro quodam censu quem quotannis eidem feminæ debebant.

Acta sunt haec anno MLXVII.

33. — 1070, après le 22 septembre. — Notice qui relate la donation de la terre de Saint-Mars faite a l'abbaye de Saint-Julien par Othon, fils de Geoffroy, en prenant l'habit monastique. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 498.)

Omnibus Xpistianis Dei fidelibus tam futuris quam presentibus notum fieri curavimus quando Hotho, filius Gauzfredi Othonis[1], fieri monacus Sancti Juliani voluit, pro redemptione sui et pro patris sui et matris suæ ceterorumque parentum suorum salute, dedit Sancto Juliano et monachis suis, per consensum fratrum suorum : Harduini, Rainerii, Gauzfredi, decimam de fevo Gauzfredi Caisnelli et de fevo Dodonis Brisa Hastam, atque de fevo Radulphi Drusi, sicuti tunc temporis ipse prefatus Hotho in dominio suo ex integro habere videbatur, et sicut ipsam decimam ductus aquę Sancti Medardi et via quę habetur inter prata et podium dividit.

Dedit æciam supradictis monachis terram totius burgi Sancti Medardi[2], quæ habet principium a domo Vuillelmi Servientis contra vallem, decimamque molendinorum, necnon decimam portus, sicuti pars ejus habebatur. Stagnum ætiam de Chemilliaco[3] et stationem molendinarii, cum censu, dedit monachis ut habebat. Molendinum ipsius ætiam stagni concessit eis predictus Hotho, si monachi ab eo cujuscumque est

1. Lorsque Othon de Saint-Mars fit cette donation, son père Geoffroy et sa mère Guiburge étaient décédés. Or nous verrons dans la suite (n° 57) que le premier mourut le 13 août de cette année 1070 ; et que son épouse décéda après lui un 22 septembre. En conséquence, la charte doit être datée après le 22 septembre.

2. Saint-Mars, aujourd'hui Cinq-Mars-la-Pile, commune du canton de Langeais (Indre-et-Loire).

3. Chemilly, commune de Langeais (Indre-et-Loire).

molendinus, quoquo pacto habere possent. Insuper dedit eis bordagium de Varena Ersendis [1].

Hæc omnia Hotho, fratribus suis omnibus ceterisque parentibus suis consentientibus, dedit monachis Sancti Juliani, sicuti premisimus, legitimaque auctoritate, coram legitimis testibus, firmavit.

De quibus sunt : Petrus, avunculus ejus de Lendegavo castro ; Albericus, filius Rahardi ; Walterius Hildemarus ; Rainaldus de Maceriis.

De hominibus Sancti : Gislebertus ; Algerius de Cainone ; Mainardus Hilpericus ; Araldus, homo comitisse ; Frotgerius ; Martinus ; Stephanus, frater Martini ; Stephanus Pistor ; Girardus Estormit.

Acta sunt hæc MLXX anno Incarnationis Dominicæ, Philippo rege regnante.

34. — 1073-1085 [2], Tours. — Notice des dons faits a l'abbaye de Saint-Julien a Saint-Mars par Geoffroy, fils d'Othon. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 498.)

Hęc dedit Goffridus, filius Othonis, et uxor ejus, Guitburgis, et filii eorum Sancto Juliano : aecclesiam Sancti Medardi, cum omnibus utilitatibus suis, altare totum integrum sine parte ullius hominis, sepulturam totam, inter vineas et prata VIII aripennos, IIII masuras terrę, quinta sita est in Spaniaco [3], de ista est sepultura et decima Sancto Johanni et cellarium, de quatuor omnia sunt Sancto Medardo.

1. La Varenne, hameau de la commune de Cinq-Mars-la-Pile (Indre-et-Loire).

2. Cette notice est datée par la présence de l'archevêque de Tours, Raoul de Langeais, lequel ne reçut la consécration épiscopale qu'en 1073. Il faut remarquer qu'elle relate trois faits successifs : la donation faite à Saint-Julien par Geoffroy de Saint-Mars et Guiburge, sa femme ; la ratification de cette donation par leur fils Othon, et enfin une autre ratification par leur fille Théhelde, mariée à un nommé Eudes. Ce n'est qu'à ce dernier acte qu'intervient l'archevêque Raoul, les deux autres lui sont antérieurs et ont été faits certainement avant le 13 août 1070, jour du décès de Geoffroy de Saint-Mars.

3. Épeigné, commune de Langeais (Indre-et-Loire).

Dedit etiam terram ad burgum faciendum, de quo omnia sunt Sancto Medardo, de terra quoque Sancti Martini medietatem decimę et totam sepulturam ; terram de Varenna cum peduris sicut clerici eam tenent, unum furnile sine ulla consuetudine cum cameris et fenestragio et vendis.

Dedit aquas de duobus ductis ad molendinum faciendum, in Ligerim, unam sclusam et boscum de sua insula ad molendinum faciendum sine parte illius, et aliam sclusam ad piscandum ; in hac ipse Goffridus mittet medietatem et monachi alteram et pisces divident ; de bosco autem insulę accipient monachi quantum opus fuerit ad hoc.

Dedit autem stagnum novum cum [. . .] et pasnaticum de omnibus porcis monachorum ibi habitantium et villanorum qui in terra Sancti Medardi habitaverint ; pasnaticum quoque de ovibus, quę in terra Sancti Medardi fuerint, et de omni attractu quę de foris venerit absque terra ipsius Goffridi.

Dedit terram de Varenna usque ad ductum aquę cum cortile, de festivitate Sancti Medardi totam feriam, de festivitate Sancti Remigii eodem modo, inter frumentum et sigalum VIII sextaria de sua area, unum modium vini de suo clauso.

De terra Sancti Petri, de maritagio Guitburgis, decimam et quicquid in dominicatu habent Goffridus et uxor ejus dederunt Sancto Medardo sex aripenta ad prata facienda, pastos quoque ad equos.

Testes hujus rei : Goscelinus Britto ; Alcherius, presbyter ; Odardus de Ambaciaco ; Tetbaldus Nuzil[iaci] ; Gislardus Val[etus] ; Gislebertus ; Herbertus Cancell[i].

Otho, filius Gauzfredi, hęc omnia supradicta Sancto Juliano concessit in capitulo ipsius, donumque super altare posuit, adjuncta etiam tota terra cimitterii cum domibus quę in eis sunt per voluntatem sui patris et matris.

Testes : Johannes, presbyter ; Gonherius, presbyter ; Nivalo ; Gislebertus ; Bernardus Pelursinus ; Archambaldus ; Iterius ; Arraldus cometissę ; Hildecnannus, carpentarius ; Fulco Sturmannus.

De hominibus Hothonis : Alboinus ; Teodericus.

Tiheldis quoque, filia Goffredi, uxor Eudonis, in capitulo Sancti Juliani hoc concessit. Cum ea fuerunt : Gualterius ; Drogo ; Gualt[erius] de Prisciniaco ; Haimo ; Alcherius de Brachisaceo ; Gislebertus Rufus ; Guoscelinus Britto.

De hominibus Sancti : Johannes, presbyter ; Mauritius ; Gislebertus ; Iterius ; Bernardus Pelursinus ; Rainaldus ; Archambaldus.

De hac concessione habuit Radulfus, archiepiscopus, quingentos solidos ; Radulfus, archidiaconus, habuit octo libras ; Gaulterius, archipresbyter, XL solidos.

Hec omnia concesserunt Harduinus, Rainerius, Gauzfredus, filii Gauzfredi, Sancto Juliano et monachis ejus, ante presentiam archiepiscopi Radulfi, in ecclesia Sancti Gervasii et in capitulo Sancti Juliani.

35. — 1080. — Accord entre l'abbaye de Saint-Julien et le chapitre de Saint-Martin, au sujet des usurpations sur les bords de la Loire, derrière l'abbaye de Saint-Julien. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 94.)

Notum sit tam presentibus quam futuris quod inter congregacionem Sancti Juliani et Beati Martini plures per annos altercaciones habuerunt de confinio quod, situm inter burgum Sancti Juliani et Ligeris alveum, vulgariter Grava vocatur. Burgenses namque domos suas ortosque versus Ligeris fluvium pretendebant, spacium arene vacue occupantes, canonicis occupationes ipsas calumniantibus.

Tandem, temporibus Girberti, abbatis, temporibus quoque Gaufridi, decani, Raginaldi, thesaurarii, Fulcherii, subdecani, Gaufridi, precentoris, Roderici, cellararii, Berengerii, scholarum rectoris, ad hoc concordie devenerunt ut quicquid edificatum sive occupatum usque ad diem illam fuerat monachis quietum remaneret ; ita ut nemo amplius in residua arena aliquid edificacionis agere presumeret. Canonicis igitur id in communi capitulo concedentibus, monachi propter pacis karitatisque tenorem se perpetualiter quoddam tricesimum celebraturos semel in anno post sancti Martini solennitatem, que

est estivalis, dicetur *(sic)* pro illorum defunctorum fratrum salute, statuerunt.

Hoc autem factum est anno Dominice Incarnationis MLXXX, Philippo regnante, Turonis Radulfo pontificante.

Testificantibus et collaudantibus : Fulcone, comite ; Bartholomeo, Majoris Monasterii abbate[1] ; Ugone de Laniaco ; Gaufrido Fulcredo[2] ; Adalelmo de Sembleciaco.

Ex familia quoque Sancti Juliani, testibus existentibus : Bernardo Pelurgi ; Gisleberto ; Stephano, cellerario ; Winiberto, preposito ; Gerardo, pistore ; Arlaudo, coco ; Andrea Sancti Salvonini ; Frogerio ; Arcambaldo, sutore ; Arduino, ostolerio ; Arraldo ; Hicterio Natale ; Rainaldo et Gislardo de Valeriis ; Gauzberto, majore ; Gauzlino de Campania et Fulcone Sulione ; Aldeberto de Chesel[lis.]

Ex canonicis vero ipsis : Acardo, preposito ; Tescelino ; Letardo Ingone ; Willelmo Torterello ; Rotberto de Vindomio ; Lanberto de Portu, et multis aliis quorum nomina in libro vitæ scribantur.

36. — Après 1082. — TABLEAU DRESSÉ PAR LES MOINES DE SAINT-AUBIN D'ANGERS, DANS LEQUEL ILS ÉNUMÈRENT LES ÉCHANGES DE PRIÈRES CONVENUS ENTRE EUX ET CERTAINS ÉTABLISSEMENTS RELIGIEUX ; PARMI CEUX-CI FIGURE L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN DE TOURS. — (Imprimé, *Cartulaire de Saint-Aubin d'Angers,* t. II, nº CCCCVI.)

37. — 1083. — ACTE QUI CONSTATE LA DONATION FAITE A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN, PAR GUILLAUME DE LA FERTÉ-MACÉ, DES ÉGLISES DE BELLOU, GIEL, MAGNY-LE-DÉSERT ET LA FERTÉ-MACÉ, ET LA REMISE FAITE PAR L'ABBÉ GILBERT AU MÊME GUILLAUME D'UNE TERRE SITUÉE A HABLOVILLE QUE SON AIEUL AVAIT DONNÉE A L'ABBAYE. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 52.)

Temporibus Willelmi, Angelorum regis, XVII anno regni . . .

1. Barthélemy, abbé de Marmoutier, 1064-1084.
2. Geoffroy Fouchard I, seigneur de Trèves, qui se fit moine à Saint-Florent de Saumur en 1089. Marié à Ameline, il fut père de Geoffroy Fouchard II, seigneur de Trèves, sénéchal de Foulques le Réchin.

Girbertus, abbas Turonensis ecclesie Sancti Juliani . . . Idem Willelmus de Firmitate . . . perpetualiter aecclesiam Sancte Marie de Berlou[1] . . . ecclesiam Sancti Petri de Guaiolia[2] . . . ecclesias de Mauniaco[3] et de Firmitate[4], prefati martyris monachis concessit . . . Avus autem supradicti Willelmi similiter in Hablotvilla terram monachis Sancti Juliani . . . largitus fuerat, quam, prece regis, . . . abbas dimittit Willelmo isti.

✠ Signum Willelmi regis. Signum Willelmi ✠, filii regis. ✠ Signum Mathildensis regine. ✠ Signum Rotberti filii regis.

Signum ✠ Willelmi de Firmitate, qui hoc scriptum firmavit.

S. ✠ Roberti, comitis Mauritanensis. S. ✠ Hugonis, comitis de Cestro. S. ✠ Mauricii de Firmitate, S. ✠ Rogerii Bicole. S. ✠ Roberti Pugtelli. S. ✠ Richardi Bloeti. S. ✠ Serli de Mathonio.

Interfuerunt et alii plures judicio : Gervasius de Dampfronte ; Willelmus Paganellus ; Jostenchius de Crolliaco.

38. — 1085. — Accord entre Gilbert, abbé De Vallières[5] *(sic)*, et Hardouin, seigneur de Maillé[6], lequel cède a l'abbé les droits de péage sur les sujets de Vallières et Saint-Remy[7], après une enquête et serment sur la possession qu'avait ledit abbé de ne rien payer ni ses sujets de Vallières. — *(Inventaire des titres de la seigneurie de Vallières*, Archives d'Indre-et-Loire, H 517, p. 11.)

1. Bellou-en-Houlme, canton de Messei (Orne).
2. Giel, canton de Putanges (Orne).
3. Magny-le-Désert, canton de la Ferté-Macé (Orne).
4. La Ferté-Macé, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Domfront (Orne).
5. Vallières, ancienne paroisse réunie à la commune de Fondettes, formait autrefois une châtellenie relevant du château de Tours, laquelle était possédée par l'abbaye de Saint-Julien.
6. Hardouin II, seigneur de Maillé de 1069 à 1110 environ, était fils de Gelduin, seigneur de Maillé, et d'Agnès de la Tour. Cf. abbés Ledru et Denis, *La Maison de Maillé,* t. I, pp. 18-28.
7. La Chapelle-Saint-Remi, chapelle qui ne fut longtemps qu'une succursale de l'église de Vallières. Elle fut plus tard érigée en paroisse et porte aujourd'hui le nom de Saint-Roch (Indre-et-Loire).

39. — 1084 ou 1090, 27 août et 1er septembre[1]. — NOTICE DES DONS FAITS PAR ROBERT DE SEMBLANÇAY AUX MOINES DE SAINT-JULIEN POUR LES INDEMNISER DES TORTS QU'IL LEUR AVAIT FAITS, ET DE L'ABANDON DE CERTAINS DROITS DE PÊCHE PAR ROBERT DE SAINT-JULIEN. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 116.)

Rotbertus de Simbliaco fecerat multas injurias Sancto Juliano in terris suis, quas depredatus erat, et maxime in terra de Cancellis[2] et in multis maximam incurrerat offensionem contra Sanctum Julianum et congregationem ejus, propter que eum monachi nullatenus diligebant.

Tandem Rotbertus ille, compunctus divina inspiratione, fructuosum judicavit satisfacere Sancto Juliano et abbati Girberto et congregationi ejus de omnibus torturis et dampnis, que, crudeli animi impulsione, eis in rebus, unde in servitio Dei et sancti Juliani vivere habebant, frequenter intulerat, et, veniens in capitulum Sancti Juliani, in vigilia ipsius sancti, pro remissione earum injuriarum et pro salute anime patris ejus et sue et fratris sui, Adalelmi, et matris eorum et uxoris sue et progeniei eorum, donavit Sancto Juliano et monachis aquam Cari fluminis, quam eis invadiaverat pro sex libris denariorum, sicut ipse tenuerat, totam, integre et sine retemptione alicujus juris, et ripam ad palos et ramalia ponenda, sine ullo danjerio, et sine ulla occasione forsfacture, quam homines sui aut ipse possint aut velint accipere versus homines aut monachos Sancti Juliani ; ripale fluminis totum tam spaciose ad ponenda ramalia et palos sicut haberent famuli domni Rotberti, si aqua illa esset in dominio suo et ad usum ejus.

Dedit eis etiam totum ripale illius fluminis adappellandum

1. Pour établir cette date, il faut observer que le don de Robert fut fait en plein chapitre, la vigile de la fête de saint Julien, soit un 27 août, et que l'approbation de ses héritiers fut donnée un dimanche cinq jours après. Or, du temps de l'abbé Gilbert, les années 1084 et 1090 sont les seules dans lesquelles le 1er septembre soit tombé un dimanche.

2. Chanceaux-sur-Choisille, commune du canton de Vouvray (Indre-et-Loire).

Carreriam Sancti Juliani, et ad omnes naves ejus sine ullo danjerio quod amplius inferant homines domni Rotberti pontonariis Sancti Juliani, nam prius inde magnum dangerium inferebant.

Et convenit abbati et monachis et etiam dedit Robertus ille quod pro ulla forisfactura, quam faciat ei Rotbertus de Rupibus nichil accipiat in tota terra de Cancellis per aliquam guerram inter se et Rotbertum, nisi quod poterit probari habere in jure suo Rotbertum de Rupibus in illa terra, id est tensa mertum, et aliam consuetudinem, si quam probabitur ibi habere Rotbertus. Sancto Juliano et concessit uxor sua, Amelina, que fuit cum eo in eodem capitulo.

Convenit quoque Rotbertus quod infantes suos hoc donum concedere faciat, ad presens illos qui idonei sunt ut concedant, et insuper dedit sponsores de hominibus suis, quod et fecit in castro suo, in presentia abbatis Girberti, die V[a] ab illa, scilicet die dominica, qui concedere faciant illos postquam adulti erunt, qui adhuc non sunt idonei et qui heredes futuri sunt ipsius Rotberti. Quod si distulerint concedere hoc donum, sponsores tamdiu vetabunt eis servitium quoadusque sponte sua et gratanter concedant.

Pro istorum donorum munificentia que fecerunt Sancto Juliano et uxor sua, Amiota que et Amelina, dederunt abbas Guibertus et monachi sui ipsi Rotberto CCCC solidos persolvendos usque ad XL[mam] et unum vas corneum, si possit inveniri, vel XX[ti] solidos preter illas supradictas VI libras, que prius data sunt pro illa aqua in vadimonio.

Posuit etiam domnus Rotbertus et uxor sua, Amelina, lignum quoddam super altare Sancti Juliani, ad confirmationem concessionis istius doni, ut hoc donum sit firmum et incorruptibile per omnes heredes et successores eorum in secula seculorum.

Videntibus et audientibus istis hominibus : Rotberto de Sancto Juliano ; Roberto Percesac ; Rotberto de Bocre ; Gaufredo, filio Martini ; Zachario, filio Stephani ; Rainaldo, filio

Guillelmi; Archembaldo, preposito d'Oe[1]; Estivale de Carcere; Otgerio Bertranni; Stephano Hunaldi; Mainardo, preposito; Hunebaldo, nimis habens de... ; Xpistiano Guidonis; Lanberto Schirpario; Adalelmo de Cainone; Alcherio, presbytero.

De hominibus Sancti Juliani : Winiberto, preposito; Ingelbaldo; Radulfo; Stephano; Fulcone; Arduino; Martino; Rainerio; Gaufrido; Hildeberto.

Hec dona concesserunt infantes sui infrascripti, et abbas et monachi condonaverunt ei Rotberto omnes injurias quas fecerat eis, eo tenore, si omnes heredes ejus perseveraverint, gratanter in hujus Rotberti et uxoris sue concessione unum damnum cc librarum.

S. Domni ✠ Rotberti. S. ✠ domne Emne Amiote.
S. ✠ Agnetis, majoris puelle. S. ✠ Margarite, puelle.
S. Adelel ✠ mi, pueri.

Goffridus de Malliaco[2] est testis hujus doni et horum signorum.

Adelelmus Herlandi; Garnerius de Vilers; Archembaldus Mabuns; Vivianus Caenon[ensis]; Andreas Harpinus; Albericus Geraldi; Godefridus de Simbliciaco; Ursio Godefridus; Cosnon Fulcherii; Alberici Rothardi; Fulconis de Paschi; Adam Gonherius; Bartholomeus; Ernaldus; Raginaldus; Matheus de Ranmei; Johannes Marcherii.

Preterea Rotbertus de Sancto Juliano nominatus, miles ipsius domni Rotberti de Simbliciaco, calumniabatur quandam insulam et aquam, quam Morinus Faber moriens dederat Sancto Juliano.

1. La prévôté d'Oé, qui s'étendait sur les paroisses de Notre-Dame d'Oé, de Saint-Paterne, de Sonzay, de Neuillé-Pont-Pierre, de Bueil, de Chemillé-sur-Dème et de Neuvy-le-Roy, constituait une dignité du chapitre de Saint-Martin de Tours. L'existence d'un prévôt d'Oé à l'époque où fut écrite cette notice prouve que, dès ce temps, la prévôté existait, contrairement à ce que dit Carré de Busserolle, qui ne fait remonter sa création qu'à 1119. Cf. Carré de Busserolle, *Dictionnaire*, t. IV, p. 413.

2. Sur ce personnage, fils de Bernard Bloi et de Milsende de Maillé, voir ci-dessus, p. 38, note 1.

Hanc insulam cum aqua concessit ipse Rotbertus miles Sancto Juliano et monachis quictam, eodem die et eadem hora in capitulo predicto, et sine omni calumnia, pro remissione omnium forisfacturarum quas et ipse fecerat Sancto Juliano, concedente hoc domno Roberto, domino suo, per cujus feodum illam insulam et aquam reclamabat, et concedente uxore sua et infantibus eorum, videntibus omnibus supradictis hominibus.

Item hoc concessit Rotbertus et uxor sua et infantes eorum, in castro suo, audientibus supradictis hominibus.

40. — Vers 1084 ou 1090 [1]. — Notice de la donation faite a l'abbaye de Saint-Julien par Robert de Semblançay de sa pêche de Port-Cordon. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 118.)

Hæc est conventio inter abbatem G[irbertum] et monachos Sancti Juliani et Rotbertum de Simpliciaco.

Rotbertus de Simpliciaco, pro salute anime sue uxorisque sue filiorum filiarumque, concessit monachis Sancti Juliani, in presentia domni G[irberti], abbatis... omnem piscationem dominice sue aque tam majoris quam minoris apud Coturdonem [2]... per consensum uxoris sue Ameline...

Cujus concessionis fidejussores : Adelelmus, filius Herlanni; Robbertus de Sancto Juliano; Warnerius de Vilers; Vivianus de Chaano; Rotbertus Calvus; Danto de Vilers.

Testes ultime concessionis in curia Rotberti : Gaufredus de Malliaco; Rotbertus de Arreciaco; Zacharias Percesach; Herbertus. Ipsi etiam fidejussores omnes.

41. — 1088, 26 mars [3]. — Acte qui constate les dons

1. Faute de pouvoir dater d'une manière précise ce document, nous lui assignons la même date qu'au précédent.

2. Port-Cordon, commune de la Riche, près du Cher. Busserolle dit qu'au XIIe siècle l'abbaye de Saint-Julien possédait le domaine de Port-Cordon et que ce fief est indiqué au XIIIe siècle comme relevant du seigneur de Semblançay.

3. En Anjou, l'usage de commencer l'année au 25 décembre ayant persévéré jusqu'à la fin du XIe siècle, nous croyons pouvoir conserver à cette

FAITS A SAINT-JULIEN PAR GOSBERT, DIT PAYEN, FILS DE GÉDÉON D'ECHEMIRÉ, AVEC L'ASSENTIMENT DE GEOFFROY PLASTULFUS, SON FRÈRE. — (Orignal parchemin, ou plutôt copie du XIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H 5.329.)

Ecclesiastica precipit auctoritas quatinus necessaria traditio majorum memorie reservetur posterorum, aut litteris commendata aut qualicumque modo comprehensa.

Unde apud nos equum duximus cognitum fieri tam futuris quam presentibus, qualiter Gosbertus, cognomine Paganus, filius Gedeonis de Eschimiriaco[1], cum domno Girberto, abbate, et monachis Sancti Juliani, ad viam pacis redigatur. Qui adversum prefatos monachos, pro beneficio a patre suo, Gedeone, et matre sua, Batilde, necnon et fratre suo, Ascilino, cognomine Raginaldo, pro salute animarum suarum, eis impenso, licet injuste commotus, quia nimium illud sibi videbatur, in quantum poterat, quod sue reservabatur potestati, eis partim calumniabatur, partim auferre nitebatur. Sed postea, gracia Dei proveniente, et subsequente consilio bonorum virorum compunctus, Girberto, abbati Sancti Juliani, et monachis, quod male invaserat reddere videtur in presentia multorum, quorum nomina subterscripta habentur.

Et ne amplius hac de re ad invicem dissentire viderentur, domnus Paganus, per consensum Gaufridi Plastulfi, fratris sui, supradictis monachis decimam ad integrum dimisit, ab ista parte ductus aque, excepta terra Frotgerii de Tuscha et vignallio Pollicis de Pirario Cantali. Ab altera autem parte ductus aque similiter concessit eis decimam Tanarariorum, et campum Durandi Borbothe de fisco Frotmundi, necnon decimam de terra Otgerii de Molendino, fiscumque Odonis de Rotgeio et fiscum Gosleni Calvi[. . . . .]

Boschi, de quo utrique in iram super omnia exarserant, hoc modo diffinire videtur. Si monachi aliqua sunt necessaria instructuri prepositum domni Pagani aut successoris sui,

charte la date de la mi-carême 1088. Dans le cas où son rédacteur aurait employé le style pascal, elle aurait été émise le 11 mars 1089.

1. Echemiré, canton de Baugé (Maine-et-Loire).

causa monstrandi sibi boscum ad opus instruendum convenientem adeant. Qui prepositus, si per spatium unius diei ipsius bosci monstrationem intermiserit, monachi, moram illius non sustinentes, aut in crastinum aut quando eis visum fuerit, silvam sibi necessariam incidere festinent.

Pro hac autem conventione, anno Incarnacionis Dominice MLXXXVIII, media quadragesima, ab utraque parte legaliter concessa, domnus Paganus sex libras denariorum et Gaufridus Plastulfus, frater ejus, decem solidos habuerunt.

Cujus conventionis sunt hic testes : Gosbertus Paganus ; Gaufridus Plastulfus, frater ejus ; Paganus de Fanoilleriis ; Arnulfus de Romoforti ; Radulflus de Roca ; Odo de Sarmasiis ; Arduinus de Gleni ; Bernerius, filius Gotberge ; Frotgerius Currens Valles ; Gosbertus, prepositus ; Fulcho Corviserius ; Huo Corviserius ; Gaufridus, homo Odonis ; Rotbertus Guntrannus ; Evrardus de Gleni ; Amalbertus de Gleni ; Frotmundus de Rosseria ; Vivianus, prepositus ; Banardus de Vool ; Frotmundus, filius Gotberge ; Bernerius, serviens.

Ex parte Sancti : Marbodus, archidiaconus Andegavensis ; Hucbertus, decanus ; Abba Baldricus ; Hucbertus de Cainone, monachus ; Willelmus Gallestortus, monachus ; Galvius, vicarius de Burgulio ; Willelmus Butarius ; Guarinus, filius Obriol, nepos Guidonis ; Bertrannus, filius Alcherii, vicarii ; Gaufredus, filius Galoii, vicarii ; Wido, serviens ; abbas Sancti Juliani Girbertus ; Godefridus, monachus ; Giroardus, monachus ; Noellus, monachus ; Mauricius Haimarus ; Gislebertus, serviens ; Winibertus, prepositus ; Arcambaldus Mariscalt ; Martellus.

42. — 1091 (?), 2 août, Tours. — NOTE QUI RELATE COMMENT HILDEBURGE ET SES FILS, APRÈS AVOIR REÇU AU CHATEAU DE BLOIS LA SOMME DE TRENTE SOUS DES MOINES DE SAINT-JULIEN, ABANDONNÈRENT A CEUX-CI UNE TERRE SITUÉE A MÉRÉ, PRÈS SAUNAY, QUE GAUTIER PAINPARÉ AVAIT USURPÉE. — (*Inventaire des titres du prieuré de Saunay*, Archives d'Indre-et-Loire, H 503.)

Galterius Panisparatus tenebat injuste terram Sancti Juliani

in civitate Somniaci[1] apud Miriacum[2]. Hildeburgis et filii ejus guerpiverunt Sancto Juliano et monachis suis terram illam in Blesis castro, acceptis ab eis xxx solidis monete Blesensis, millesimo nonagesimo primo ab Incarnatione Domini [anno], indictione nona, quo primum coronatus est rex Philippus[3], Turoni, secundo die augusti.

43. — 1091, 11 novembre, Tours. — Charte d'Aubri, seigneur de la Milesse, par laquelle il donne a l'abbaye de Saint-Julien l'église de Saint-Ouen et les deux chapelles de Notre-Dame et de Saint-Pierre, situées dans son chateau. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 113.)

Quoniam . . .

Ego Albericus, de Mileta[4] dominus, penitentia ductus, quod calumpniatus fueram donum quod fecerat frater[5] meus Her-

1. Saunay, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).

2. Méré, commune de Saunay.

3. D'après Mas-Latrie, *Trésor de chronologie*, Philippe I fut sacré à Reims le 23 mai 1059, et succéda à son père le 29 août 1060. La date de l'inventaire est donc fautive. Il s'agit peut-être de Philippe II Auguste, sacré le 1er novembre 1179, couronné le 29 mars 1180 et qui succéda à son père le 18 septembre 1180 (Mas-Latrie, *op. citat.*). Dans cette hypothèse la pièce serait de 1181. Il est toutefois à noter que cette année n'est pas la neuvième de l'indiction.

4. La Milesse, commune du 2e canton du Mans (Sarthe). Il résulte de ce document qu'au xie siècle il y avait à la Milesse une église dédiée à saint Ouen et deux chapelles sous les vocables de Saint-Pierre et de Notre-Dame. La première de ces chapelles est probablement l'église paroissiale actuelle, dont le patron est saint Pierre ; quant à l'église Saint-Ouen, elle était vraisemblablement édifiée au lieu qui, aujourd'hui encore, se nomme Saint-Ouen.

5. Le manuscrit porte *filius*, ce qui est évidemment une erreur du copiste. Dans l'acte qui suit et qui relate la même donation, se lit *frater*. Herbert de la Milesse, fils d'Hildéarde, frère d'Aubri, de Renaud et de Gurhanne, donna aux moines de Saint-Vincent du Mans, entre 1005 et 1060, des terres à Coulongé et à Sarcé (*Cartulaire de Saint-Vincent du Mans*, no 303). Aubri restitua lui-même à Saint-Vincent, le 2 mars 1091, une terre qu'il avait usurpée à Sarcé. A son acte intervint son frère Renaud, qui est qualifié clerc (*ibidem*, no 306). Ce Renaud fut ensuite chanoine du Mans (*Livre Blanc*, no cxiii). Une charte de la fin du xie siècle nous apprend qu'Adèle, femme d'Aubri, seigneur de la Milesse, devenue veuve, alors que leur fils Aubri était encore en bas âge, épousa en secondes

bertus, Beato Juliano in suburbio Turonensi ecclesiam habenti, et fratribus ibidem Deo famulantibus, de ecclesia Sancti Audoeni, in castro meo parrochiali, et propter meam calumniam exterriti recesserant monachi : ego, inquam, ductus penitentia . . . dono Deo et supradicto Sancto Juliano ecclesiam Sancti Audoeni et duas capellas castri mei, unam ante pontem, que est Sancte Marie, et alteram Sancti Petri, juxta publicam viam montis, in manu domini abbatis Girberti, laudabilis vite viri, integre cum omnibus appendiciis, ut eas perpetualiter monachi possideant, et de redditibus earum usumfructum percipiant, pro salute animarum patris et matris nostre et fratris mei, Herberti, et uxoris mee, Adelidis, et filii mei Alberici, qui libenter concedit hec dona.

Et hoc donum concedit domnus Cenomannensis episcopus, Hoellus, . . . et hoc concedunt uxor mea Adelis et Albericus, filius meus, et comes terre nostre, Helias.

Hi sunt testes hujus doni, quod factum est in capitulo Sancti Juliani per manum Alberici : Albericus de Mileta ; Gaufredus, nepos ejus ; Huo de Alnis [1].

Ex parte nostra : Paganus de Chimiriaco ; Gauzlinus de

noces un certain Renard, neveu du comte du Maine Hélie de la Flèche (*Cartulaire de Saint-Vincent*, nº 95). D'autres documents nous révèlent l'existence d'un Hamelin de la Milesse, frère d'un Aubri, père de Philippe et de Théophanie, qui vivait du temps d'Hamelin, évêque du Mans, 1190-1214 (*Livre Blanc*, nºs LXXXVIII, CCCXX et CCCXXXI). Peut-être était-il fils d'Aubri, seigneur de la Milesse, qui donna cette charte ? — Des membres de cette famille de la Milesse possédèrent la seigneurie de Neuville-sur-Sarthe. Le Nécrologe de la cathédrale du Mans fait mention au XII des calendes d'octobre d'un Aubri de la Milesse, qui donna au chapitre l'église de Neuville (*Nécrologe-obituaire de la cathédrale du Mans*, p. 277). La dîme de la paroisse de Neuville fut également donnée au chapitre vers 1186, par Barthélemy de la Milesse (*Livre Blanc*, nº XLVII). De 1277 à 1280, le seigneur de Neuville était Herbert de la Milesse, écuyer, lequel amortit le 22 mars 1277, aux moines de la Couture, une rente que ceux-ci devaient lui payer sur un bois que leur avait autrefois donné Nicolas, seigneur de la Milesse (*Archives du Cogner*, H 3).

1. Sur le territoire de la commune de la Milesse se trouvent deux hameaux nommés le Grand et le Petit-Aunay. *De Alnis* serait des Aunes, mais un notaire a bien pu traduire par *Alni* le français les Aunays, dont la forme latine est cependant *Alneta*.

Baugi; Rainaldus Caninus; Adelelmus de Cainone; Augerius de Cainone; Bernerius de Chimiriaco; . . . Rotbertus de Noziliaco; Arduinus de Valerias.

Feceram etiam hoc donum ego Albericus, de Mileta dominus, Sancto Juliano . . . in manu abbatis Girberti . . .

Cujus rei isti mei fautores et testes beneficii mei affuerunt : Adelis, uxor mea, et filius meus Albericus; Radulfus de Dolit[1], nepos ejus; Hugo Casela; Rainaldus de Noent[2]; Walterius, miles.

De hominibus Sancti Juliani : Gaufredus de Belismo; Rainardus Martellus; Gauzlinus, monachus; Fucaldus, monachus; Gualdus, monachus; Godefredus, monachus; Rotbertus, presbiter.

Data MLXXXXI, indictione XV, in capitulo Sancti Juliani Turonensis, in die festi beati Martini hiemalis.

Signum | Alberici de Mileta   Signum | Adelis
uxo | ris ejus

Signum | Alberici, filii eorum

44. — 1091, 11 novembre. — Charte d'Aubri, seigneur de la Milesse, par laquelle il donne a l'abbaye de Saint-Julien l'église de Saint-Ouen et les deux chapelles de Notre-Dame et de Saint-Pierre, situées dans son chateau. — (Copie, B. N., Latin 12.677, fol. 185. — Analyse dans l'*Inventaire des titres de la Milesse*, Archives d'Indre-et-Loire, H 488.)

Ego, Albericus, de Mileta dominus, pænitentia ductus, quod calumniatus fueram donum quod fecerat frater meus, Herbertus, Beato Juliano in suburbio Turonensi ecclesiam habenti, et

1. Dolit doit être Douillet, de *Doilittus*, mauvaise forme mais ancienne de *Doliacus*. Il s'agirait alors de Douillet-le-Joly, canton de Fresnay-sur-Sarthe (Sarthe).

2. Nouant, ancien fief, commune de la Milesse.

fratribus monachis ibidem Deo famulantibus, de ecclesia Sancti Audoeni in castro meo parochiali, et propter meam calumniam exterriti recesserant monachi : ego, inquam, pænitentia ductus (videbam enim mihi et rebus meis ad correptionem meam, benedictus Deus ! illam calumniam esse perniciosam, et salubrem fore si in melius verterem eam), dono dedi supradicto Sancto Juliano ecclesiam ipsam Sancti Audoeni et duas capellas castri mei, unam ante pontem, quæ est Sanctæ Mariæ, alteram Sancti Petri, juxta publicam viam Montis [1], in manu domini abbatis Girberti, laudabilis vitæ viri, integre cum omnibus appendiciis ipsius ecclesiæ Sancti Audoeni, pro salute animarum . . . et uxoris meæ, Adelidis, et filii mei, Alberici.

Dedi enim Sancto Juliano tertium manipulum et sepulturam et omnes oblationes et omnia dona et omnes dimissiones quæ fient in ecclesiis illis, et decimam dominicalis carrucæ meæ.

Et ut presbyter sit in potestate monachorum, et ut monachi faciant servire capellis pro voluntate eorum, et presbyter serviens capellæ Beatæ Mariæ de victu meo vivat . . . [2].

Et hoc donum meum concedit domnus Cenomanensis episcopus Hoellus . . .

Ceterum, pro quatuordecim libris denariorum cenomanensium, dedi eis terram Berlandi [3], quæ mihi erat fiscalis, et concessi eis quidquid eis donaretur, aut emerent in casamento meo, et nemora mea, et eorum hominibus, ad ædificia sua et usum suum.

1. Le Mont-Saint-Michel, canton de Pontorson (Manche). — Macé Oger, dans la *Description de la carte cénomanique*, donne le tracé suivant de la route qui du Mans allait au Mont-Saint-Michel. Elle partait du Mans à la Croix-Errault, et passait par la Chapelle-Saint-Aubin, *la Milesse*, Domfront, Conlie, Sillé-le-Guillaume, Saint-Pierre-de-la-Cour, Izé, Bais, le Theil (à Hambers), Èvron (*lire* Jublains), Mayenne, etc. Chanoine Ledru, *Répertoire des monuments et objets anciens des départements de la Sarthe et de la Mayenne*, p. 367.

2. L'Inventaire des Archives d'Indre-et-Loire complète ce texte ainsi qu'il suit : « *Dedit ad augmentum beneficii ecclesiæ Sancti Audoeni duas agripennas prati Adusti et terram ad ortum faciendum.* »

3. Le Besland, hameau, commune de la Milesse.

Testes sunt : Helias, comes terræ ; Gofridus, nepos Alberici ; Robertus de Noziliaco ; Arduinus de Valerias ; Adelelmus de Cainone.

Actum anno MLXXXXI, indictione XV, in die Sancti Martini hyemalis, post coenam fratrum in capitulo Sancti Juliani.

45. — 1093. — DONATION FAITE A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN, PAR GUILLAUME DE LA FERTÉ MACÉ, NEVEU D'EUDES, ÉVÊQUE DE BAYEUX. — (D'après un vidimus parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 487.)

In nomine Domini, ego, Willelmus, de Firmitate castro dominus, nepos domni Odonis, Baiocensis episcopi [1], attendens Dominum esse in rebus cui nos jure servos exibere, ad quem bona omnia referre debemus, quamvis alicujus ipse bonis non egeat ; attendens etiam ad eum *(sic)*[2] accelerandum propter multiplices defectiones nostras, fructuosum judicavi anime mee et parentum meorum, servis ejus largiri, de his que michi contulerat gratia sua ipse dominus, qui [du]dum positi inter terr[en]as [3] divitiarum voluptates tandem mundum reliquerant in nomine ipsius.

Dedi igitur Sancto Juliano Turonensi et monachis in ejus cenobio Domino famulantibus, in manu dompni Girberti, abbatis, partem mensure Archerii, cum prato ipsius mansure, et totam decimam furnagii castri mei, et terciam partem decime omnium molendinorum meorum, et terciam partem decime mercati castri mei et telonei et feriarum mearum, et terciam partem decime pasnagiorum meorum et coriorum venationis mee omnium nemorum meorum.

Deinde, hoc dono a me facto Sancto Juliano et fratribus ipsius cenobii, me quodam tempore contigit visere, causa precum, limina Sancti Leonardi [4], inde rediens in diebus Pasche

1. Eudes de Conteville, évêque de Bayeux, 1050-1097.
2. *Eum* est ici par erreur pour *hoc* ou *id*.
3. Le vidimus donne *qui dum positi inter terras*. Il est nécessaire de corriger comme nous l'avons fait pour rendre le texte intelligible.
4. Le lieu de pèlerinage où s'était rendu Guillaume de la Ferté-Macé est Saint-Léonard-le-Noblet, aujourd'hui Saint-Léonard, chef-lieu de can-

hospitium habui in officinis ipsius Sancti, et videns ibi celebrationem divinorum officiorum, devotionem bonorum virorum, vigilias et preces eorum, Divino inspiratus, ut mihi videbatur, Spiritu, in capitulum eorum accessi et ibi totam mansuram et omnia prata Archerii, libera et sine aliqua consuetudine a me retenta, et totam decimam predicti furni et insuper decimam omnium furnorum qui ab illo die in antea edifica[bu]ntur[1] in castello meo et in omnibus burgis circa castellum factis, ipsi Sancto Juliano et fratribus ibidem viventibus sub dominio dompni Girberti, abbatis, dedi et perempniter eis concessi.

Tandem in eodem anno, infirmitate corporis pressus, cum finem vite mee non longe abesse prescirem, divine miserationis conspectum placare mihi desiderans, mansionemque in celesti domo pro meo jure impetrare, premisso emptionis teshauro precelerans, vocatis a me uxore mea Adelina et Rotberto, fratre meo, cui honorem meum comisi, et patruo meo, Mauricio, et infantibus meis, licet parvulis, et aliis pluribus, ex concessione domini mei Roberti, Normanie ducis, Sancto Juliano perfecte et integre dedi et perempniter concessi totam mansuram Archerii, sicut prius concesseram, audiente Rogerio Rufo, Radulfoque de Floreio, in capitulo Sancti Juliani. Dedi et firmiter concessi, annuentibus fratre meo, Roberto, et patruo meo, M[auricio], et uxore mea, A[delina], et infantibus meis, duas alias partes decime omnium molendinorum meorum, et de omni teloneo, et de omnibus feriis, et de omnibus forestis, videlicet de pasnagiis et de coriis venationum mearum, unde prius terciam partem ipsi Sancto Juliano concesseram, et decimam omnium furnagiorum, sicut prius dederam.

Presentibus et sufragantibus et atestantibus omnibus istis : Herberto, filio Haimerici ; Guillelmo Herberti ; Gaufrido et Herberto de Luceio ; Hamelino Picoti ; Gozelino Brisoli ; Guil-

ton de l'arrondissement de Limoges (Haute-Vienne), où est mort au VIe siècle le solitaire saint Léonard. La ville de Tours était sur la route qu'il devait suivre pour revenir dans son pays.

1. Sur le vidimus il y a *edificantur*, mais le futur est nécessaire avec *in antea*.

lelmo de Manso Heldini ; Gaufrido de Mota ; Guigono de Marra ; Hetardo de Mala Herba et Rogerio, fratre ejus ; Gaufrido de Cella ; Radulfo ; Rogerio ; Roberto ; Richardo ; Roberto ; Radulfo ; Roberto ; Rainaldo ; Richardo ; Galterio ; Ernulfo, his omnibus militibus ; Rogerio ; Fucrado ; Richardo ; Berlaio ; Rogerio ; Radulfo ; Guimodo ; Rogerio ; Raginaldo ; Gaufrido ; Galterio ; Lamberto, hiis omnibus burgensibus.

Ex parte Sancti Juliani : Godefredo ; Petro ; Hugone ; Gofrido ; Algerio ; Gofrido ; Herberto ; Rogerio ; Rogerius *(sic)* ; Radulfus et Tostenus ; Martinus ; Hugonus ; Martellus ; Durandus ; Gaufridus ; Girbertus, abba ; Raierius, monachus ; Godefredus ; Petrus.

Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini MXCIII, indictione I, epacta XX, concurrentibus V, ciclus lune VIII.

46. — Après 1093. — RATIFICATION DE LA DONATION DE GUILLAUME DE LA FERTÉ-MACÉ PAR MAURICE, SON FRÈRE, ET MAURICE, SON ONCLE. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 487.)

G[irberto], abbati Sancti Juliani, omnibus monachis sibi subjectis, G[odefridus] et P[etrus] videre Deum Deorum in Syon.

Masuram Archeri quam W[illelmus] Feritensis in capitolio vestro dedit, dum ipse a Sancto Leonardo rediret, audiente Rocgerio Rufo, Radulfoque de Flureio, illam vobis esse concessam [etiam] a Rocberto, fratre ejus, et a Mauricio, avunculo, notificamus.

Insuper scitis quam tertiam partem omnium decimarum suarum vobis dum vixit dederat, modo duas alias, sicuti tertiam dederat, dedit videlicet decimam totam molendinorum et de omni teloneo et de omnibus feriis et de omnibus forestis videlicet de pasnagiis et coriis venationum et de furnagio, annuente Rotberto, fratre, cui honor dimissus est, et Mauricio, avunculo.

Testantibus istis : Herberto, filio Hemerici, et W[illelmo], filio Herberti ; Gaufrido et Herberto de Luceio ; Hamelino, filio Picoti ; Goschelino Brisoli ; W. de Meodino ; Gaufrido de

Mota; Guigono de la Marra; Herthardo Malaherba et Rotgerio, fratre ejus; Gaufrido de Cella; Radulfo de Thesseio; Rotgerio Rufo; Rotberto de Croso; Richardo de Sancto Martino et Rotberto, ejus filio; Radulfo de Flureio; Rotberto de Berloio; Rainaldo de Braiosia; Richardo, filio Normanni; Gaulterio Bouno; Hernulfo Brachonario, his omnibus militibus.

Rotgerio, filio Gaschelini; Fulchrado, amico vestro[1]; Richardo, filio Hugonis; Berlleio, fratre ejus; Rotgerio, filio Herenburgis; Radulfo, homine domine; Grimodo, filio Aschelini, et Rotgerio, ejus fratre; Rainaldo, filio Derandi, et Gaufrido, ejus fratre; Gaulterio, filio Garini; Lanberto, filio Columbelli, his omnibus burgensibus.

Ex parte Sancti Juliani: Godefrido, monacho; Petro, monacho; Hugone, clerico; Gaufrido Pilo Cati; Augerio Siroto; Gaufrido Berlleio; Herberto Plato dosso; Rotgerio, nostro asinario[2].

47. — Après 1094[3]. — ACTE PAR LEQUEL JEAN, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, DONNE A RAINIER ET A GEOFFROY, SON FRÈRE, L'EMPHYTÉOSE D'UN MOULIN QUI AVAIT ÉTÉ LAISSÉ A L'ABBAYE PAR UN NOMMÉ THÉBAUD. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 503.)

Cirographum. — Eo anno quo Girbertus, abbas, mortuus est atque in ejus loco Johannes ordinatus est, quoddam molendinum cuidam homini Tetbaudo nomine, ipse cum assensu tocius congregationis sue, vendidit, quod postea Tetbaudus moriens Sancto Juliano et ejus monachis, pro anime

1. Ou *nostro*.
2. Au dos de cette charte, à peu près dans les mêmes caractères, on lit :
XIIII kal. feb. obiit Willelmus pater et frater Mauricii.
X kal. jun. obiit Willelmus filius, nepos episcopi Bajocensis.
XVII kal. octob. obiit Vlburgis, mater Mauricii (ou *Vlburgis*).
XVIII kal. jun. (?) obiit Willelmus, filius Gaudi.
Requiescant in pace. Amen.
Debent esse in martirologio nostro scripti (ou *scripta*).
3. Cette charte est postérieure de quelque temps à l'avènement de Jean, qui fut abbé de Saint-Julien de 1094 à 1105.

sue remedio, ita reliquit ut de precio quod eis pro molendino dederat uxori sue et filiis suis redderent quinquaginta solidos.

Hoc ergo molendinum predictus abbas Johannes, et omnis sibi commissa congregatio, Rainerio, mulnerio, et fratri ejus, Gaufrido, tantum in vita eorum, et post mortem amborum, ad dominium Sancti, cum asino et aliis ustensilibus redire, tali conditione dederunt, ut uxori Tetbaudi L solidos redderent, et medietatem molendini bene operarentur, monachi vero aliam, atque de exitibus molendini medietatem illi similiter aliam haberent.

Testes sunt : Galterius de Blesiaco ; Lecterius Goslenus.

De hominibus Sancti : Isembardus, cellerarius ; Girardus Estormit ; Archambaldus, hostolarius ; Ingelbaldus, prepositus ; Gaufredus, cocus.

48. — 1093-1096. — TRADUCTION [1] DE LA NOTICE DE LA DONATION DE SAINT-MARTIN D'ÉCHEMIRÉ, FAITE A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR RENAUD DE VOO. — (Copie du XVIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H 5.329.)

Durant le temps de Girbert, abbé, Renault de Voo, ayant esté fort mallade dans Eschemiray [2], et là fut reçu par Durant, religieux et moyne de Saint Jullien, en qualité de moyne et religieux, et, comme Dieu l'inspiroit de ses dons célestes et graces divines et le voulles l'honorer de ses possessions terrienes, ceu pourquoy, pour le salut et remède de son ame et de l'ame de ses antecesseurs et successeurs, a donné l'écclise de Saint Martin d'Eschemiray à Saint Jullien avec les dîmes de sa terre et de la terre des siennes personnes et touchant toutes choses de possessions desquelles il recevoit les dismes ou bien les devoit prendre après le décès de ses deux chanoines, à sçavoir Hubert et Gillebert qui pour lors tenoient l'église Saint Martin, ce que arrestèrent Pagan et Pastrrf, ses frères.

1. Nous sommes ici en présence d'une mauvaise traduction d'une charte dont le texte latin ne nous est pas parvenu. D'après cette traduction, il est difficile de se faire une idée exacte de ce qu'était l'objet du document, dont la fin surtout manque de clarté.

2. Échemiré, canton de Baugé (Maine-et-Loire).

Et son frère Pagan remit et posa en témoiunage de cete chose le baton sur l'hostel de Saint Martin, avec lequel Renault avoit faict ce don.

Lequel don fait faict du regne de Tours Gaudefred [1], evesque d'Angers, présentateur de Saint Martin, et Fulcon, conte de ceste ville là.

Souz le tesmoignage et présence de, sçavoir : Fulcon de Minée ; de Fromon de Rossière ; de Glesne Calut ; de Gaultier Pollio ; Berner Filugosseger ; Robert Gauteran ; Berner le Chastré ; Raindre de Chanseaux ; Gesbert Prosciramalot.

Au mesme lieu, Renault fit ce saint don et charité, ainsy auparavant l'avoit faict dans le chappitre de Saint Jullien Renault mourant en ce mesme desir de pagation, après son décès l'excusast la susdite église faict avec les dicts décimes faicte bonnes et entières par accord et paix de ces deux chanoines sans difficulté et débat d'eux ni d'autres biens en et la puissance et auctorité de Saint Jullien.

Et lequelle don il donna incité par unne volonté paissible, libre et pacificque, certaine, entière et propre, non par la volonté et opinion de quelques méchantes personnes. Lequel don sa femme et son frère avoient ensemble donnez et ratiffiez à Saint Jullien. Lequel don lui mesme librement et très volontiers avoit donné desja. Lequel don, s'il venoit à diminuer desire et entend de rechef qu'il soit constitué et arresté de la plussieurs autres dismes à Saint Jullien et aux moines et estant contraire à l'encontre de plusieurs à luy-mesme les a donnez.

Mais Deu, qui est venu pour sauver les pecheurs, en fin finalle l'ayant rendu participant des injures et tourmens qu'a endurez ce bienheureux martir saint Jullien, tant aussy d'iceux qu'endurent ses bons moines resistans aux vices et tentations par la discipline qu'il prenoit sur son propre corps, car estant tombé en unne faliseuse maladie à Eschemiray, de laquelle il cregnoit fort de mourir, et ainsy fust agulonné et incité par

1. Geoffroy I le Tourangeau, évêque d'Angers, 1081-1093.

le jugement de Dieu et le conseil de ses amys touchant les injures et contumélies lesquels l'avoit faictes pour le regard de l'ausmosne de ses frères Renault à Saint Jullien, il a donné à Vital et Vuaschon, moynes, son gages et ses rentes, recognoissant en tout et partout le droict de Saint Jullien et son tort, et desirant grandement qui luy fust pardonné, excusé et appaissé et qu'il pleust à Dieu luy pardonner de tout ce qu'il avoit commis contre Saint Julien, et qu'il delivrast de toutes sortes de péchés et offenses qu'il avoit commis. Et il a donné à la susdite esglize les susdites dismes comme par ci-davant les avoit données son frère Renault.

De mesme Pagan les a baillez et donnez à Saint Jullien et il donna de bon cœur ce don avec le petit couteau de Garinus Gavateur (?) à Vital.

49. — 1096, 25 juillet. — CONCESSION DE LA TERRE DE VAUBOUAN FAITE A LA CHARGE D'UN CENS A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN, PAR LE CHAPITRE DU MANS. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 479. — Imprimé, *Liber Albus capituli Cenomanensis,* n° CXC, pp. 108-110.)

[Ma]nus firma ✠ Vallis Boanae [1].

[Long]o tempore efferbuerat contemptio inter clerum sanctę matris Cenomanensis ęcclesię beatorum videlicet Gervasii et Protasii et Sancti Juliani, [confessoris], et monachos egregii martyris Juliani, in monasterio ejusdem Sancti degentes, in suburbio Turoni, pro terra quę Vallis Boana antiquo vocabulo nuncupa[tur, et pro] appenditiis ipsius terrę.

Dicebant enim monachi se terram illam ab episcopo Sigefredo et a clero predictę ęcclesię Cenomannensis sedis, cum affirmatione testamenti, ab antiquis temporibus possedisse ; quibus resistebat clerus cum episcopo qui eis preerat, et calupniabantur terram illam inrequieta altercatione, et sic renovabantur inextricabilium causarum diversę utrinque controversię.

1. Ce titre est donné en cirographe, partie inférieure. — Vaubouan, commune de Beaumont-la-Chartre (Sarthe).

Tandem, misericordia summi Salvatoris Dei et respectu providentię ipsius, millesimo nonagesimo VI^to ab Incarnatione Domini anno, indictione IIII, presidente venerabili episcopo Hoello ęcclesię Cenomannensi, et regente patre Johanne monasterium Turonense Sancti Juliani, lis tanta tam quoque diuturna concordię et pacis reperrit aditum.

Nos namque clerus Cenomannensis, Gaufridus quidem decanus ęcclesię predictę Sanctorum G[ervasii] et P[rotasii] et Sancti Juliani, confessoris, et alii concanoni[ci nostri, de quorum communitate pendebat terra] Vallis Boanę predicta, per voluntatem et admonitionem pii patris nostri domni Hoelli, nostrę urbis episcopi, attende[ntes postulationem et humilitatem abbatis Sancti Juliani T]uronensis, et monachorum ejus, et devote suscipientes ea quę nobis offerebant, de spe salutis animarum n[ostrarum, videlicet, orationum cotidianarum venia] et in ultima corporum nostrorum resolutione exequiarum sollempnia, fructuosum [de]crevimus, omni sopita querela, omni sedata controversia, omni conculcata calumpnia, illis in suos usus et fratrum Deo in cenobio Sancti Juliani Turonensis famulantium, concedere terram illam et omnia ejus appenditia, quę nostro juri addicebamus, et ęcclesię nostrę fisco asscribebamus, ad perpetuam inter nos vicissim pacem et inrefragabilem mutuę dilectionis quietem.

Igitur concedimus illis monachis nos communiter, jam sepe nominatus clerus, cum concessione et exortatione domni episcopi nostri Hoelli, predictam terram Vallis Boanę, in Cenomannico pago sitę, super rivum Dimidiam nuncupatum, cum omnibus appenditiis suis, silvis, pratis, aquarumve decursibus, terris cunctis et cultis et incultis, in quibuscumque adjaceant vel terminentur locis sive ubi exquiri aut reclamari poterint, quęcunque ad ęcclesię nostrę pertinere creduntur ibidem possessionem, tali siquidem juris obtentu, hęc omnia ipsis Deo in cenobio preclari martyris Juliani servientibus, tradimus sive concedimus, ut habeant licentiam quicquid ibi voluerint operandi, jure perpetuo in seculis succedentibus. Solvant tamen exinde quotannis, in festo sanctorum G[er-

vasii] et P[rotasii], quod colitur idus decembris, nostrę ęcclesię canonicis censum III solidorum, monete cenomannensium, et amplius nichil, preter dilectionem et orationum exibitionem, requiratur eis ; sed si ex ipso censu negligentes aliquando extiterint, idipsum eis emendare li[c]eat[1] et que tenuerint non ideo amittant.

Hęc autem beneficia illis ex bona et voluntaria libertate impendimus, ut, dum ad eos [per]venerit pro certo alicujus canonici nostri obitus relatio, signa pulsari faciant et divina prosequantur exequiarum ejus officia, et panem et vinum ipso die pro eo pauperibus erôgent [sicut pro] uno monacho. Denique in tribus trigesimalibus quę singulis pro communi sua et benefactorum suorum commemoratione celebrant ęquilater, [ipsis] nos et canonici nostri futuri frequenti eorum participabimus oratione pro nostri beneficii recompensatione.

Preter hęc, propter pacis caritatisque communionem et istius concessionis fixam et immobilem stabilitatem, abbas Johannes et sui monachi CCC solidos cenomannensium nobis dederunt in communi nostro capitulo, [ut] inde vicinos et utiliores in usus nostros et successorum nostrorum emeremus redditus.

Ut vero hujus rei firmitas in perpetuum inconvulsa perseveret et omnis deinceps frustretur calumpnia, auctoritati pontificis nostri domni Hoelli corroborandam presentavimus, et nos propriis manibus signavimus, corroborationis quoque testes asscribi jussimus. Ipse sub anathemathe maledictionis clausit omnes qui huic firmitati resistere attemptaverit.

☧. [Sign]um Hoelli ✠ episcopi Cenomanensis. S. Heliae ✠, comitis Cenomannensis.

[Signum Gau]fridi, decani. S. Fulcredi ✠ cantoris. S. Hildeberti ✠ archidiaconi[2]. S. Gosfridi ✠ archidiaconi. S. Rannulfi, abbatis Sancti Vincentii.

1. Le *c* de *liceat* manque sur l'original.

2. Hildebert de Lavardin, écolâtre et archidiacre de l'église du Mans, succéda cette même année 1096 sur le siège épiscopal à l'évêque Hoël. Il reçut la consécration dans l'abbaye de Saint-Vincent le jour de Noël. Devenu archevêque de Tours en 1125, il mourut en cette dernière ville en 1133.

[S. Raginaldi, mag]istri schole. S. Helgoti, canonici. S. Hernaldi, canonici. S. Lisoii, archipresbyteri. S. Engelbaldi Parvi. S. Willelmi, vitrearii. S. Olrici, canonici. [S.] Gosberti, ca[nonici. S. Wi]llelmi de Marciaco. S. Willelmi de Belismo, canonici. S. Guidonis, secretarii, canonici.

S. monachorum Sancti Juliani : Johannis, prioris ; Gosfridi, elemosinarii ; Gradulfi ; Johannis Ratherii ; Alberici.

Signum clericorum chori : Maingi, presbyteri ; Ingelbaldi, diaconi ; Herberti, diaconi de Campis.

Signum laicorum : Gosberti de Ruelon ; Fulcherii Qui non ridet ; Gofridi, filii ejus ; Arnulfi de Viletia ; Rotlandi de Rua Haraldi ; Roberti de Curte Genardi. S. Odonis de eadem Villa Genardi ; Rotberti Rotlandi ; Alberti de Valle Boana ; Girberti Gosfridi.

S. hominum Sancti Juliani : Rainaldi, canonici Sancti Mauricii Turonensis ; Martini, cubicularii ; Bernardi, caboti ; Radulfi, prepositi Belli Montis.

Ego Aderbal, scolę Sancti Martini Turonensis secundicerius, jussu totius capituli Sancti Juliani, et Rainaldi, cancellarii, vice ejusdem, scripsi et firmavi.

Data VIII kalendas augusti, per manum Hoelli episcopi, decubantis in egritudine, post unctionem, et poscentis incaustum ad crucem [1], et per manum Gosfridi, decani.

50. — 1096, Tours. — Acte par lequel l'archevêque de Tours, a la prière des abbés de Noyers et de Bourgueil, s'engage a renoncer a une coutume qu'il prétendait lui être due par l'abbaye de Saint-Julien. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 121.)

Cum in æcclesia Sancti Juliani . . . quæ Turonensis æcclesie filia est, in vigilia predicti martyris consuetudinem cenandi et jacendi exigere attemptavi . . ., quod, quia monachis gravissimum visum est, per Stephanum, Nucariensem abbatem [2],

1. L'évêque Hoël mourut le 29 juillet 1096, quatre jours après avoir confirmé cette charte en y apposant le signe de la croix.
2. Étienne, abbé de Noyers, 1086-1108.

et per Baldricum, Burguliensem abbatem[1], mandaverunt ne solemnitatem conturbarem, nec consuetudinem quam antecessores nostri numquam habuerant loco illi inferre laborarem, . . . Nos in eos de cetero nihil tale commisuros promisimus.

Obsecramus successores nostros ne unquam pravam consuetudinem, que, revera, quietis monachorum noverca est, æcclesiæ Sancti Juliani inferant.

Hujus confirmationis auditores extiterunt : Galterius, decanus nostræ ecclesiæ ; Albericus, cancellarius ; Christianus, canonicus.

Ex parte Sancti Juliani : Johannes, abbas ; Baldricus, Burguliensis abbas ; Fromundus, monachus, . . .

De laicis : Arduinus de Sancto Medardo ; Rainerius, frater ejus ; Engelardus de Sancto Egidio.

Acta sunt hec in capitulo Sancti Mauricii, anno Incarnationis Dominice MXCVI, Philippo rege regnante, Radulfo secundo pontificante VIII anno[2], Fulco[ne] comitatum Turonice civitatis tenente.

Hanc cartam abbas Baldricus Burguliensis dictavit.

51. — 1099. — CHARTE PAR LAQUELLE WIGO DE MARRA, PASSANT A TOURS A SON RETOUR DE TERRE SAINTE, DONNE AUX MOINES DE SAINT-JULIEN L'ÉGLISE DE BELLOU ET CONFIRME CE DON UNE FOIS RENTRÉ CHEZ LUI. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 92.)

Ut inrefragabiliter fixum et immobile teneatur ad æternam memoriam posterorum, transmittere conamus quod ego Wigo de Mara, rediens a Jerosolimitano itinere, tempore profectionis communis Aquilonensium et Occidentalium, transitum feci per Turonum et aliquas moras requiei habens inter fratres monachos Sancti Juliani, exhibentibus michi karitativam humanitatem, tactus intrinsecus Spiritus Sancti afflatu, ut michi

1. Baudri, abbé de Bourgueil, 1089-1107, puis évêque de Dol, 1108-1130.

2. Raoul II d'Orléans, archevêque de Tours, étant en 1096 dans la huitième année de son pontificat, avait donc dû recevoir la consécration en 1088.

videbar agnoscere, donavi Sancto Juliano et monachis ejusdem, in manu Johannis, abbatis, in capitulo eorum, æcclesiam meam de Beluano [1], quam quietam a domino meo, Roberto, tenebam, et omnia quæ ad ipsam æcclesiam pertinebant, sine ullo hereditario jure quod possit in ipsa æcclesia, vel in rebus æcclesie aliquis omnino jure requirere.

Preterea, ego, perseverans in eadem bonitate propositi michi a Deo inspirati, perveniens in domum meam, idem donum confirmavi in presentia domini mei Rotberti, eo concedente ex bona gratia, presente monacho Johanne et presentibus quibusdam aliis ; et augmentavi cum monachis donum istud, addendo acram terræ et unam aream in cimiterio ejusdem æcclesiæ, ad faciendum domum sibi et faciendum quicquid voluerint.

Et post hec, conveni eis, si possum, volente domino Normannie, conficere et congregare feriam, quod ipsi monachi habebunt totius ferie omnium rerum decimam.

Unde ipsi sunt testes : Johannes et Vitalis, monachi.

Laici : Rotbertus de Firmitate ; dominus Rotgerius Rufus ; Rotbertus de Cres ; Willelmus de Meoldi ; Willelmus de Manniaco ; Huo de Orgeriis ; Gosfredus de Mota.

Anno Incarnationis Dominice MXCIX, regnante Willelmo, rege Anglorum et duce Normannorum.

52. — 1104. — SENTENCE RENDUE AU PROFIT DE L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN D'ANGERS, PAR RAOUL, ARCHEVÊQUE DE TOURS. JEAN, ABBÉ DE SAINT-JULIEN DE TOURS, EST AU NOMBRE DES JUGES. — (Imprimé, *Cartulaire de Saint-Aubin d'Angers*, t. I, nº CX.)

53. — 1080-1128 [2]. — NOTICE QUI RELATE L'ABANDON FAIT AU PROFIT DE L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR TESCELINE,

1. Probablement Bellou-sur-Huisne, canton de Remalard (Orne). Il ne peut s'agir de Bellou-en-Houlme, qui déjà avait été donné à Saint-Julien (cf. nos 24 et 37), non plus que de Bellou-le-Trichard, cette paroisse située alors dans le diocèse du Mans n'étant pas mentionnée dans la liste des églises possédées en ce diocèse par l'abbaye de Saint-Julien, que dressa en 1156 l'évêque Guillaume de Passavant.

2. Seule la mention d'Hugues Ier, seigneur d'Amboise de 1080 à 1128, permet de donner une date approximative à cet acte.

FEMME DE PIERRE DE MONTBAZON, DES DROITS QU'ELLE AVAIT SUR QUATRE ENFANTS ISSUS D'UN DE SES CUVERTS MARIÉ A UNE FEMME APPARTENANT A L'ABBAYE. — (Copie, B. N., Latin 5543, p. 39.)

Rerum. . .

Uxor Petri de Montebasonis, Thescelina, a thesaurario Sancti Martini quemdam culvertum, nomine Manerium de Moncello, in feodo tenebat, qui de familia Sancti Juliani uxorem accepit, de qua quatuor filios habuit. Horum infantium partem suam Thescelina Sancto Juliano. . . dedit, Ugone et Gaufredo, clerico, Hulgerio quoque Buffardo, necnon Raherio, filiis ejus, concedentibus, atque Rosca et Florentia, filiabus ejus. . .

Postmodum, Raherius eos calumpniare cepit. Unus testis de familia Sancti. . . in curia Hugonis, de Ambaciaco domini, duellio affirmare voluit quod Raherius Sancto Juliano dederat et concesserat donum quod mater ejus Thescelina fecerat. . . Se recognoscens . . . calumniam dimisit.

Hi sunt testes. . . Ugo, dominus de Ambaciaco, . . . Ulricus Pejor Lupo.

54. — 1105, Rennes. — CHIROGRAPHE PORTANT ACCORD ENTRE MARBODE, ÉVÊQUE DE RENNES, ET LES MOINES DE SAINT-JULIEN, AU SUJET DE L'ÉGLISE DE SAINT-CYR. — (Imprimé, Dom Morice, t. I, 508.)

Chirographum. — Notum sit. . . quod domnus Marbodus, Redonensis episcopus, cum universo canonicorum suorum consortio et assensu, calumpniam quam adversus monachos Sancti Juliani Turonensis habebat super ecclesiam Sancti Cirici, quæ quidem ad jus Redonensis ecclesiæ pertinuerat, sed a predecessoribus suis aliquandiu erat alienata, facta cum monachis concordia, in perpetuum abdicavit, et ipsam ecclesiam Sancti Cirici [1] monachis Sancti Juliani concessit habendam, et quæ tenebant eo die quo domnus Sylvester, episcopus, hominem exivit.

1. Saint-Cyr-lès-Rennes, commune de Rennes (Ille-et-Vilaine).

Concordia autem hujusmodi facta est : monachi dederunt episcopo Marbodo triginta libras, in compensationem dampni quod ei causa eorumdem monachorum Willelmus Guirchensis intulerat, et per singulos annos Redonensi ecclesiæ libram thuris, in usum altaris, rei gestæ testimonium et amicitiæ firmamentum.

Firmata est etiam inter canonicos et monachos fraternitas et orationum communio. . .

Ecclesia vero Sancti Cirici sub tutela est ecclesiæ Redonensis, juste obediens, amice serviens.

Actum in ecclesia Redonensi, faciente Marbodo, episcopo[1], præsentibus et concedentibus universis canonicis, anno Incarnati Domini MCV, Johanne, Sancti Juliani abbate, Paschali, Romano pontifice, Philippo, Francorum rege, præsentibus et monachis et multis laicis.

Hæc sunt nomina canonicorum : Maino, cantor ; Piso, capellanus. . . S. Radulphi, archidiaconi.

Hæc sunt nomina monachorum. . .

Hæc sunt nomina laicorum : Bernardus, filius Hervei ; Goffridus, filius Radulphi ; Stephanus de Pantlagot ; Rainaldus Gormelon. . .

✠ Signum Marbodi, episcopi.

55. — Vers 1106. — Acte par lequel Philippe, abbé de Saint-Julien, donne le prieuré de Saunay au moine Geoffroy, fils de Rainauld de Chaçay. — (*Inventaire des titres du prieuré de Saunay*, Archives d'Indre-et-Loire, H 503.)

Philippus, Beati Juliani Turonensis abbas, et totus conventus noster tradidimus Gaufrido, filio Raginaldi de Chacai, monacho nostro, prioratum de Somniaco[2] cum omnibus pertinentiis suis quamdiu ibi regulariter et ordinate vixerit possidendum.

56. — Vers 1106. — Charte par laquelle Philippe, abbé de Saint-Julien, abandonne la jouissance viagère de la

1. Marbode, archidiacre d'Angers et écolâtre de Saint-Maurice, fut élu évêque de Rennes en 1096.
2. Saunay, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).

Chapelle-Saint-Remy a deux de ses frères et a leur mère. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 967.)

Philippus, Dei gratia Beati Juliani Turonensis abbas, et universum ejusdem ecclesie capitulum, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino.

Universitati vestre notum fieri volumus quod nos, amore Dei, dedimus et concessimus karissimis fratribus nostris, Hugoni videlicet de Vilereio, et Guillelmo, fratri ejus, necnon et dilecte nostre Marie de Vilereio, matri eorum, obedientiam nostram de Capella Sancti Remigii [1], cum omnibus pertinentiis suis, adjunctis simul universis redditibus que ad manum abbatis inde veniebant, decima, terragio, censu, obliis, vendis et omni justicia in vita sua tenenda et possidenda. Habebunt etiam singulis annis duos arpennos de pratis nostris de Valeriis [2]. In eadem autem obedientia manebit unus eorum vel jussum ejus, similiter cum matre. Quod si matrem ante filios mori contigerit, Hugo eamdem domum possidebit et tenebit secum fratrem suum vel alium de fratribus nostris. Quod si ibi manere Hugo noluerit, Guillelmus, frater ejus, vel alius qui eamdem domum sub nomine Hugonis possidebit, secum unum ex monachis nostris, qui sibi voluntarius sit, tenebit. Quod si filii ante matrem decesserint, monachus, vel alius qui eam, ex precepto nostro et voluntate ejusdem Marie, domum possiderit, ei in necessariis providebit, aut, si ipsa voluerit, ad nos veniet et nos ei in necessariis vite honeste et sufficienter providebimus. In obitu autem ipsius, eam in cimiterio nostro sepeliemus, sicut donatam et sororem, et in martyrologio nostro professam ascribemus.

Quod ut firmum et inconcussum maneat, ego Philippus, abbas, et omnes qui in capitulo erant, in verbo veritatis tenendum fideliter, ipsi H[ugoni] et fratri et matri, promisimus et super sanctas reliquias juravimus et juramentum pacis osculo firmavimus.

1. La Chapelle-Saint-Remy, *modo* Saint-Roch (Indre-et-Loire).

2. Vallières, ancienne paroisse, aujourd'hui commune de Fondettes (Indre-et-Loire).

Testes : Guillelmus, tunc magister prior ; Andreas, prior de Bauno [1] ; Petrus, prior de Casa [2] ; Petrus, hospitalarius ; Raginaudus, elemosinarius ; Manardus, sacrista ; Johannes, cantor ; Herveus de Sancto Medardo ; Girardus de Sarner ; Hamelinus, subprior ; Willelmus de Cella ; Lambertus ; Alermus ; Gaufridus Esveilart ; Gaufridus de Feritate ; Odo Clenchart ; Radulfus de Ceres ; Hilarius de Cleers ; Johannes Papa : Gaufridus de Lenges ; Geslenus de Cancellis ; Willelmus et Stephanus, juvenes, et alii plures.

57. — Après 1102. — Notice relatant les dons faits a l'abbaye de Saint-Julien par les seigneurs de Saint-Mars. — (Copie parchemin [3], Archives d'Indre-et-Loire, H 498.)

Memoria rerum gestarum, quibus laus bonis ascribitur viris, ideo maxime cartis insignitur, quatenus successione (?) animus maxime ad virtutem, visis et perlatis insignibus predecessorum, accendatur, et precedencium bonorum opera legitime contracta emula[ta], futurorum probita[s] ad studium bone actionis, insaciabili ardore mentis dirigatur.

Cujus rei consideracione nos ammoniti, non supersedendum existimavimus ea bona quantulacunque reputentur, que fecit Otho, Hardoini laici filius, et Teheldis, uxor sua, in ecclesia de Pila Beati Medardi [4], et preterea Gaufridus, filius eorum et contectalis sua, Guiburgis, et denique filius eorum, Otho,

1. Bono, fief et prieuré appartenant à l'abbaye de Saint-Julien, commune d'Athée (Indre-et-Loire).

2. La Chaise, ancien prieuré dépendant de l'abbaye de Saint-Julien, commune de Saint-Georges-sur-Cher (Loir-et-Cher).

3. Cette notice est postérieure à la mort d'Othon de Saint-Mars, abbé de Bourgueil, arrivée le 31 janvier 1103. Son authenticité est discutable et peut être justement suspectée. Elle contient en effet beaucoup trop de renseignements curieux donnés avec une précision qu'on n'est pas habitué à rencontrer dans les documents de cette nature pour qu'un doute ne vienne pas naturellement à l'esprit. Quoi qu'il en soit, le faux, si c'est un faux, serait ancien, puisque la copie, d'une écriture gothique très régulière, est des dernières années du XIIe siècle. Son auteur comprenait certainement mal le texte qu'il devait transcrire, et, sous sa plume, certains passages sont devenus à peu près inintelligibles.

4. Saint-Mars, *modo* Cinq-Mars-la-Pile, canton de Langeais (Indre-et-Loire).

nomen renovans avi sui, et, morum celebritate, et operum executione, vitam avi insigniens, et patris et matris sue facta preveniens, hujus cartule paginis inserere, et posteris eorum transmitere, ut ipsi bonis princip[i]is super aliquid adiciant, et pro ipsis benefactoribus preces fundi et augmentari faciant, presertim in diebus obitus eorum, et anniversaria ipsorum sollemni celebracione frequentent quicunque, sive clerici sive monachi deinceps in ecclesia ipsa Beati Medardi Deo servient et vitam sub alterutrius regule Deo inspirante exercitatione peragent. Denique eciam ipsi de parentela predecessorum istorum, sequaci imitatione precedentes prosequantur, et ut ipsi, benefacientes, similis recordationis munere, a benecolentibus ipsam ecclesiam, per annua anniversaria sui obitus, excellenti orationum et missarum holocausto perpetualiter potiri se gratulentur.

Igitur Otho primus ipsam Sancti Medardi ecclesiam, in territorio Pile juxta Ligerim flumen antiquitus locatam, sibi de aliena manu et ditione, tunc tempore pauperculam, precio vindicavit, et in suum dominium illam advenisse gratulatus, de suis bonis principaliter dotavit, et duos canonicos ibidem assidue, dedicatis unde viverent stipendiis, delegit, disposuit servituros, et titulavit, et, ita, bone vite finito curriculo, plenus dierum, quievit VI idus augusti, sicut credimus, in Domino.

Teheldis autem, uxor ejus, superstes quoque, remoto marito, illi ecclesie inservivit et transitoriis quibus[que] necessariis ornatibus exornavit et ideo non commorandi set in clericorum usum tres agripennas vinee supra montem ecclesie adjacentem site, et tres arpennos terre arande apud Cimiliacum [1], simili obtentu illi beato Medardo contulit, et capellam, que juxta ecclesiam ipsam appendet, in honore Sancte Marie constrixit *(sic)*, quam munit ab igne camera lapideis fornicibus desuper conjuncta, sicut hodie res ipsa paret manifesta. Itaque et ipsa, vivendo a die mariti ultimo, superfuit X annis, que supremum diem clausit V idus augusti.

1. Chemilly, commune de Langeais (Indre-et-Loire).

Ipsa de medio facta, Gaufridus, filius eorum, construxit et quatuor esse canonicos in ea mandavit, aumentatis quibus fruerentur in serviendo sancto expensis. Quodam vero tempore, mutato consilio, dederunt ipse et uxor sua, Guitburgis [1], ipsam ecclesiam monachis Sancti Juliani Turonensis serviendam, ab eis acceptis, secundum morem diei illius, reconpensationibus, sub Radulphi, decani Sancti Martini et tunc archiepiscopi [2], patrocinio, et post, non longo dierum intersticio, ipse exivit hominem, idus augusti Ypoliti, martiris ; uxor vero ejus Guitburgis X kalendas octobris [3].

Illius successit Otho, filius eorum et heres, qui brevi possidens illam ecclesiam cum reliqua hereditate, in Sancti Juliani cenobio mutavit vitam suam monachalis habitus religione [4]. Hic et monasterio monachus, ibi aliquando moras faciens missus obediencie gratiam multam in ornatu altaris ipse juvit ecclesiam et in prioratu postea presens fratribus profuit illi ecclesie, demum, post assumptam Pruliacensem abbaciam, cum per colum jam illi, et abbacie et terrene dignitatis per omnia foret, relictis mundanis funditus illi ministravit et calicem argenteum contulit, nisi fallor, et tabulam argenteam ad

1. Guiburge avait un frère, Pierre de Langeais, qui fut témoin de la donation que son neveu Othon fit à l'abbaye de Saint-Julien en se faisant moine (cf. nº 33).

2. Il s'agit évidemment de Raoul Ier de Langeais, archevêque de Tours, consacré en 1073, quoique Hauréau (*Gallia*, t. XIV, col. 174) ait mis en doute qu'il ait été doyen de Saint-Martin.

3. On peut préciser l'époque des décès de Geoffroy et de Guiburge. Dans la suite du document nous verrons que le premier avant de mourir reçut l'habit monastique des mains Guillaume, abbé de Saumur; or celui-ci n'entra en charge que le 28 juin 1070 (Louis Halphen, *Le Comté d'Anjou*, p. 338). Nous savons par ailleurs que Geoffroy et sa femme étaient décédés dans le courant même de l'année 1070 (nº 33). Il en résulte que Geoffroy mourut le 13 août 1070, et Guiburge 40 jours plus tard, le 22 septembre de la même année. Outre Othon et Hardouin, que cite cette notice, Geoffroy et Guiburge eurent deux autres fils, Renier et Geoffroy, et une fille Thehelde, mariée à Eudes (cf. nºs 33 et 34).

4. Othon prit l'habit monastique l'année même du décès de ses parents. Il fut élu abbé de Preuilly en 1095, mais dut se démettre de cette abbaye avant son départ pour la Terre Sainte, car dès 1100 un successeur lui était donné (*Gallia*, t. XIV, col. 304).

textum evangelii. Tandem, permotus animo cum motus terre magnus fieret Jerosolymam, et ipse cum fratre Hardoino iter acceleravit, cui mors inter eundum in urbe Liche obviavit, et obitus ejus in dubio est dies, preteritus ab ipsis qui eum sepelierunt, iter, pro more peregrinorum, properantibus, nisi tamen putatur vitam hanc relictam esse ab eo VIII kalendas martii[1].

Inter eos, alius fuit, licet non alienus a noticia et familiaritate istorum preteritorum, qui benefecit ecclesie Sancti Medardi, sacerdos, Alcherius nomine, fama egregius et non minor vero tamen in castitate et mentis puritate. Is, canonicus Sancti Johannis de Lengiaco[2], moriens, dedit Sancto Medardo vinee agripennas II ad Semum Cavini et granicam et duos arpennos prati juxta domum Trosse inter alnos.

Otho autem, capicerius Sancti Martini, vir clarus, et inter suos probitate laudabilis, et apud exteros fame bone gloria illustris, filius primi Othonis et Teheldis supradictorum, qui ecclesiam Sancti Medardi prius desolatam construxerunt et dedicari fecerunt, et duos ibidem canonicos sacerdotes servituros assignaverunt, et frater Gaufridi, qui post mortem Othonis et Teheldis parentum suorum, prioris illius ecclesie, quam pater et mater eorum edificaverant, capud et turrim in meliorem, sicut est hodie, formam, cum conjuge sua Guiburge, reparavit. Otho, inquam ille capicerius, quamdiu vixit, plura bona habitantibus et incolentibus ipsam ecclesiam, prius canonicis et deinde monachis, largitus est, et antiphonarium obtimum et libros quamplures et prata et terras ei ecclesie contulit, et memoriam suam precedencium beneficiorum merito ibidem facere et producere laboravit.

Ob quem beneficia poscit ipse Otho, poscunt eciam precedentes alii quorum nomina et benefacta hic inserta leguntur, aut anniversaria eorum in die obitus sui, sicut diversis kalen-

1. Dans la suite de cette même notice nous verrons le décès d'Othon fixé à un autre jour.

2. Carré de Busserolle (*Dictionnaire*, t. V, p. 16) ne fait remonter l'origine de la collégiale de Saint-Jean de Langeais qu'en 1662, par suite de la translation en l'église de Langeais du chapitre fondé à Maillé en 1486 par Hardouin de Maillé. C'est certainement une erreur.

dis adnotantur, sic quoque diversis temporibus, in vigiliis et missarum celebritate et populi admonitione publica ut pro istis orent, quamdiu servitores qui serviant, monachi et clerici, superstes in ipsa ecclesia fuerint, sine oblivione et dilatione solemniter celebretur.

Si vero fideliter ista mandata pro istis defunctis istius ecclesie habitatores, statutis diebus, compleverint, a Deo recompensationis graciam percipiant; si autem neglexerint et preces istorum spreverint, cum diabolo et Juda et Simone mago igni inextinguibili cruciandi[s] tradantur, et sint anathema maramata in die judicii.

Parentes autem istorum, si in expletione hujus petitionis et officii executione monachi vel clerici hujus negligentes et omnino remissiores extiterint, bona ab istis data auferant et in ulcionem talis contemptus perseverent.

Sic obiit Alcherius, presbiter, in die ordinationis sancti Martini estivalis, V nonas julii. Hic est sepultus in cimiterio Sancti Johannis apud Lengiacum, cujus erat canonicus.

Sic obiit Otho, maritus Teheldis, in die sancti Ciriaci martiris, VI idus augusti. Hic requiescit in sepultura monachorum Burgulii, factus monacus sub Tehelino [1] abbate.

Sic obiit Teheldis, uxor ejus, V idus augusti, vigilia sancti Laurencii martiris. Hec jacet ante portam Sancti Florencii Salmurii, tumulata per manum Frederici abbatis [2].

Sic obiit Gaufridus, filius Othonis et Teheldis, idus augusti, in festivitate sancti Ypoliti martiris, et sancte Radegundis regine. Hic jacet in sepulcro monachorum Salmurii, monacus sub Guillelmo abbate factus [3].

Sic obiit Guiburgis, uxor Gaufridi, filii Othonis, in die sancti Mauricii martiris, X kalendas octobris. Hec jacet in sepultura de Lenges.

1. Teudon, *alias* Théodelin, élu abbé de Bourgueil en 1012, mourut en janvier 1045. Carré de Busserolle, *Dictionnaire*, t. I, p. 563.

2. Frédéric, abbé de Saint-Florent de Saumur du 1er septembre 1022 au 28 septembre 1055. Louis Halphen, *Le Comté d'Anjou*, p. 42, note, et p. 278.

3. Guillaume, abbé de Saint-Florent du 28 juin 1070 au 30 mai 1118. Louis Halphen, *Le comté d'Anjou*, p. 338.

Sic obiit Otho, monacus Sancti Juliani et abbas Sancti Petri Pruliacensis, Gaufridi filius et nepos Othonis, capicerii Sancti Martini, apud Liceam urbem, II kalendas februarii M°C°I° ab Incarnatione Domini anno, in via Jerosolimitana, peregrinus sepulcrum Domini nostri Jhesu Xpisti requirens, cum fratre suo Hardoino, milite. Hic sepultus est in urbe Licea.

Hardoinus laicus nepos fuit Hardoino, archiepiscopo Turonis, et ideo vocatus est laicus, ut differentia hec faceret differre eum ab archiepiscopo Hardoino [1]. Hic archiepiscopus nutrivit eum et dedit uxorem filiam Loholdi de Losduno, Guiburgem. Et ipse habuit alodia de Nugeriis, et archiepiscopus dedit ei ea que nunc habet dominus de Sancto Medardo. Ipse Hardoinus laicus genuit Othonem de Guiburge de Lengais [2]. Qui Otho postea genuit Othonem, capicerium Sancti Martini, et Gaufridum, patrem Hardoini de Sancto Medardo.

Obitus ejus Hardoini laici est III nonas maii, et ajacet apud Sanctum Julianum, et uxor ejus Guiburgis, cujus obitus est II nonas junii.

58. — Vers 1111. — Charte de Gondoin, chevalier, seigneur de Manneville, attestant l'échange fait entre lui et l'abbaye de Saint-Julien. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 52.)

Omnibus . . .

Ego, Gundoinus, miles de Mannevilla [3], salutem . . .

Cum antecessores mei contulissent ecclesie Beati Juliani Turonensis duas garbas decime de feodo suo de Breituil, . . . ego, ad peticionem monachorum, pro decima illa, dedi eisdem in puram et perpetuam elemosinam totum tenementum quod de supradictis monachis apud Runcevillam [4] tenebam, sine reclamatione possidendum . . .

Hoc concesserunt domina Elisabeth, uxor mea, et duo fratres mei, magister Ricardus et Gaufridus . . .

1. Hardouin, archevêque de Tours de la fin de 959 au 1er mai 980.

2. Il y a ici erreur : Guiburge de Laugeais était l'épouse de Geoffroy et non la mère d'Othon, son père.

3. Manneville, ancienne paroisse aujourd'hui réunie à la commune de Banneville-la-Campagne (Calvados).

4. Roncheville, commune de Bavent (Calvados).

Sigillorum tam mei quam fratrum meorum munimine presens scriptum fecimus roborari.

59. — Vers 1111. — Charte par laquelle Rainaud, abbé de Saint-Julien, en échange d'une dime qu'avaient donnée a son abbaye les ancêtres de Gondoin, chevalier, seigneur de Manneville, reçoit de celui-ci la propriété de la terre qu'il tenait a Roncheville. — (Original parchemin, Archives du Calvados, H, Villers-Canivet, 30-50.)

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, Rainaudus, abbas Sancti Juliani Turonensis, et totus ecclesie ejusdem conventus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod, cum antecessores Gundoini, militis de Mannevilla, contulissent nobis et ecclesie nostre duas garbas decime de feodo suo de Breituil, apud Mannevillam, quia decimam illam nos non poteramus habere sine maximis laboribus et expensis, dictus Gundoinus, ad peticionem nostram, pro decima illa dedit nobis, in puram et perpetuam elemosinam, totum tenementum quod de nobis sepedictus Gundoinus apud Runcevillam tenebat, quiete et pacifice, sine aliqua reclamatione ipsius et successorum suorum, habendum et possidendum. Et nos dictam decimam eidem Gundoino quittavimus et omnino dereliquimus, ut ipsi et heredibus suis de predicta decima liceat facere quicquid voluerint, ita quod nichil in ea de cetero possimus reclamare.

Et ut hoc futuris temporibus ratum habeatur, sigillorum nostrorum munimine presens scriptum fecimus roborari.

60. — 1114. — Notice du don fait a l'abbaye de Saint-Julien, par le comte Foulques V, du sol de la voie qui passait entre l'abbaye et la Loire. — (Copie, B. N., Dom Housseau, t. IV, nº 1349.)

Inter abbatiam Beati Juliani et Ligeris fluvium ibat via quedam a civitate in Castellum Novum [1], quæ, paulatim occupante

1. Le Châteauneuf, bourg ayant le titre de baronnie, formé dès le IXe siècle autour de la basilique de Saint-Martin et réuni à la ville de Tours au XIVe siècle.

aqua, prope Malum Femerium [1], adeo est interrupta ut nulla deinceps possit ibi esse via. Igitur ad viæ compendium fit via publica curia monachorum, communis videlicet ultra modum omni sexui et ætati hominum. Ad hoc autem incommodum accedebat et aliud non minus monachis contrarium. Erat enim platea inter Ligerim et domum infirmorum, videlicet juxta conventus dormitorium, apta et delectabilis ad lusus et ad jocos hominum, quam, hieme et æstate, feriatis diebus maxime, in tantum frequentabant et viri et feminæ, ut nec infirmi in propria domo, nec sani quiescere possent in dormitorio. Et, quia locus ille secretus erat et abditus, diverticulum et fovea fornicatoribus fiebat et furibus. Itaque unius viæ incommodum multiplex et maximum monachis pariebat dedecus et opprobrium, et, licet curia et platea monachorum essent propriæ, tamen non poterant viam, quæ comitis erat, dampnare.

Cum et hoc diutius cum magna difficultate tolerassent, nec amplius, salva ordinis regula, tolerare potuissent, tandem necessario Fulconem, comitem, civitate Turonus, in domo Martini prepositi, commanentem, adeunt, præfatum incommodum et . . . quæ de via nascebantur ei ostendunt, utque tanto malo remedium afferat suppliciter expetunt.

Quo audito, comes querit a fidelibus suis an ita esset ut monachi dicebant, utrumve sibi proficeret an noceret, si faceret quod petebant. Cui confestim respondetur multum illi civitatique suæ profuturum, maxime cum plurimi illuc diverterent furantes consuetudines ejus et teloneum.

Igitur comes Fulco, amicorum consilio, pro animæ suæ parentumque suorum remedio, prædictam viam dedit Deo sanctoque Juliano. Præcepitque monachis ut eam ad libitum suum clauderent et, quoque modo vellent, obstruerent et dampnarent.

Hoc autem donum concesserunt et voluerunt Seibrannus, custos turris, et Benedictus Scutarius, prepositus civitatis, et Rainaldus de Burgo, et Boschet, vicarii.

1. Rue Maufumier, aujourd'hui rue Constantine, à Tours.

Factum est hoc anno Incarnationis Dominicæ MCXIIII, Ludovico rege Francorum; Radulfo Aurelianensi Turonorum præsule, præfato Fulcone, adhuc juvene, Andegavorum, Cenomannensium, Turonensium comite.

Huic dono affuerunt . . . Harduinus de Sancto Medardo, Ernulfus de Mongomeri, Haimericus de Habere . . .

61. — 1114, juin. — JEAN, ABBÉ DE SAINT-JULIEN DE TOURS, DONNE TROIS ARPENTS DE PRÉ « APUD BELLUM MONTEM [1] » A LA CHARGE D'UN CENS A MICHEL, ABBÉ DE LA TRINITÉ DE L'ÉTOILE [2], ET AU COUVENT DUDIT LIEU, MCXIIII, MENSE JUNIO. — (Note du manuscrit 435 bis de la Bibliothèque d'Orléans, imprimée par l'abbé Ch. Métais, *Chartes Vendômoises*, p. 92, nº LXXI.)

62. — 1115, 20 décembre, Angers. — ACTE PAR LEQUEL RENAUD, ÉVÊQUE D'ANGERS, CONCÈDE AUX MOINES DE SAINT-JULIEN LA PROPRIÉTÉ DE L'ÉGLISE D'ÉCHEMIRÉ. — (Imprimé, *Gallia*, t. XIV, col. 80.)

Notum fore volumus universis, tam præsentibus quam futuris, quam talis concordia firmata est inter me Rainaldum [3], episcopum, et monachos Sancti Juliani Turonensis super ecclesia de Eschimiriaco [4].

Nos ecclesiam illam cum appendiciis suis dedimus et concessimus monachis Sancti Juliani in perpetuum habendam, possidendam, salvo presbyteragio ejusdem ecclesiæ, cum omni integritate sua, et salvo antiquo jure nostro, scilicet synodo et circada, quod habemus in cæteris ecclesiis diœcesis nostræ; constituentes et constituendo firmantes cum monachis, ut singulis annis, in festivitate Beati Mauricii, solvant nobis et successoribus episcopis in perpetuum censualiter xv solidos Andegavensis monetæ.

Quout hæc constitutio firmum in perpetuum robur obtineat,

1. Beaumont-la-Chartre, commune de la Chartre (Sarthe).
2. L'Étoile, abbaye de l'ordre de Prémontré, commune d'Authon (Loir-et-Cher).
3. Renaud de Martigné, évêque d'Angers, 1102-1125.
4. Échemiré, canton de Baugé (Maine-et-Loire).

scripto eam commendavimus et sigillo nostro eam insigniri præcipimus et personarum ecclesiæ nostræ auctoritate corroboravimus, quarum nomina subjecta notat descriptio.

Actum Andecavis et confirmatum in capitulo Sancti Mauricii, anno Domini MCXV, vigilia Sancti Thomæ, apostoli, ubi fuerunt isti canonici presentes :

De parte nostra : Guillelmus, decanus ; Gaufridus, thesaurarius ; Albericus, capellanus ; Bernerius ; Gedeon ; Godefridus, archipresbyter ; Radulfus, capellanus ; Stephanus, presbyter.

De parte monachorum : Goscelinus, prior Sancti Juliani ; Raherius de Cancellis ; Gauterius Pirarius, famulus eorum.

Signum Rainaldi, Andegavensis episcopi.

Signum Guilelmi, archidiaconi.

63. — 1116. — Hubertus Gozengres monachizat et donationem facit Sancto Juliano. Factum est hoc apud Rupes, in roqua ipsius Huberti, anno MCXVI, teste domino Roberto hoc ipsum concedente (B. N., Dom Housseau, t. IV, nº 1371.)

64. — 1117. — In charta quæ memorat reclamationem factam pro vicaria terræ Sancti Juliani, de Campania [1], mentio fit judicii his verbis. « Constitutoque ex communi consilio judicii termino, post longas indutias Bernardus . . . apud Ambaziacum ad judicium sigillatur ; utque dies judicii venit, postquam balneatus est, propria manu sacramentum juravit, et cum deinde paratus esset portare ferrum calidum, tunc primum Hugo recognoscens . . . Factum hoc anno MCXVII in porticu ecclesiæ Sancti Dionisii, sub præsentia Johannis, abbatis, sub testimonio Cesarii, militis, Alodrici, militis . . . ». — (B. N., Dom Housseau, t. IV, nº 1371.)

65. — 1117, octobre, Tours. — Notice constatant l'accord passé entre Pons, abbé de Cluny, et Jean, abbé de Saint-Julien, afin de constituer une confraternité entre

1. Saint-Julien de Chédon, dans la Champagne tourangelle.

LEURS ABBAYES. — (Imprimé, *Mémoires de la Société archéologique de Touraine*, t. XXIII, p. 325.)

66. — 1119, 1er juin, Brioude[1]. — BULLE PAR LAQUELLE LE PAPE CALLIXTE II, EN ACCORDANT CERTAINS PRIVILÈGES AU CHAPITRE SAINT-JULIEN DE BRIOUDE, LUI CONFIRME LA POSSESSION DE CERTAINES ÉGLISES, PARMI LESQUELLES CELLE DE SAINT-JULIEN DE TOURS. — (Imprimé, *Gallia*, t. II, *Instrumenta*, col. 132.)

67. — 1120, Javron et Tours. — DONATION FAITE A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR GUILLAUME LE VENEUR, PARTANT POUR LA CROISADE, D'UNE PART DE L'ÉGLISE ET DE LA DIME DE SAINT-AIGNAN DE COUPTRAIN ET DE TROIS AIRES DE MAISON DANS LE CIMETIÈRE. — (Copie faite sur l'orignal, B. N., Latin 12.677, fº 191.)

Willermus Venator, per Dei inspirationem, voluntatem habuit adeundi Jherusalem. Et, ut mos hujusmodi peregrinorum exigit, in signum peregrinationis crucem accepit. Sed, quia non tam pedibus Jherusalem terrestris quam bonis operibus expetenda est Jherusalem celestis, cum Dei adjutorio, in presenti voluit seminare quod in futuro meteret plena falce.

Igitur Guillelmus, in remissionem peccatorum suorum et in remunerationem celestium premiorum, pro Dei amore et pro amici sui, Gosberti, monachi, intercessione, eam partem quam in ecclesia et in decima Sancti Aniani[2] habebat et eam potestatem quam in eis habere debebat, cum tribus areis domorum in cymiterio Sancto Juliano et monachis ejus dedit, et super altare Sancti Constanciani Gabronis[3], cum baculo propria manu, firmavit, et cum eo ibi fratres ejus Galo et Paganus hoc ipsum consenserunt et dederunt, et super ipsum altare, cum ipso baculo, propriis manibus firmaverunt. Ibi etiam

1. Le millésime inscrit dans la bulle est 1120, mais Callixte II se servait du style pisan, qui commençait l'année à l'Annonciation, neuf mois et sept jours en avance sur le style nouveau.
2. Saint-Aignan, commune du canton de Couptrain (Mayenne).
3. Javron, commune du canton de Couptrain (Mayenne).

constitutum ac ex utraque parte est concessum, ut, si Guillelmus ipse, vel aliquis e fratribus ejus qui honorem teneret, monachus fieri vellet, si aliud non haberet, cum pannis monachilibus tantummodo veniret et monachus fieret.

Factum est hoc per manum Gosberti et Radulphi, monachorum Sancti Juliani, sub testimonio Gisleberti de Bono Mesnil; Durandi Cervi; Galm[eti] Poelmi. Et ex parte monachorum : Durandi, presbiteri ; Dulcis, prepositi ; Pirarii ; Hugonis Gresle eor (?); Pagani de Chevrinne ; Guillelmi, fratris ejus : Garini de Gabron[e].

Ipsa die, Paganus, fratrum voluntate atque jussione, de ecclesia Sancti Aniani in manum Gosberti, monachi, per cordam signi, Sanctum Julianum saisivit et investivit.

Hanc elemosinam Juellus, Meduane dominus, de cujus fevo movebat, pro Dei amore, vassallis sui Guillelmi Venatoris fratrisque ejus Galonis intercessione, Sancto Juliano ac monachis ejus libere et quiete perpetualiter obtinendum concessit, et ut Gabronem, Guillelmo faciente, in sua custodia retinuit.

Actum in foresta ultra Anvoram [1]. Presentibus Radulpho, monacho ; Dulci, preposito. Ex parte domini : Mauricio de Gorran et filio ejus Jordano ; Guillelmo Boder ; Osmundo Pisce ; Pagano de Villa ; Renel Bersone, Renaldo Frances. Anno MCXX.

De caritate autem Sancti, Guillelmus habuit VII libras censumque argenti.

Post hec, Guillelmus et Galo in capitulo Sancti Juliani beneficium et societatem loci acceperunt. Elemosinam suam in manu Johannis abbatis in ipso capitulo miserunt et super altare Sancti Juliani, cum baculo, manibus propriis firmaverunt.

Testes : Blancet ; Merlet ; Vicinus ; Boutonet.

De caritate Sancti, XL solidos andegavensium Galo ibi habuit.

1. L'Anvore, ruisseau qui prend sa source à Châtillon-sur-Colmont et arrose Saint-Georges-Buttavent (Mayenne).

68. — 1119-1125. — NOTICE RELATANT LES DÉBATS QUI EURENT LIEU DEVANT GILBERT, ARCHEVÊQUE DE TOURS, ENTRE LES MOINES DE MARMOUTIER ET CEUX DE SAINT-JULIEN, AU SUJET DE L'ÉGLISE DE NOTRE-DAME DE NEUVILLE. — (Copie, B. N., Dom Housseau, t. IV, nº 1390.)

Notum fore posteris volumus qualiter monachi Sancti Martini Majoris Monasterii egerunt contra monachos Sancti Juliani pro ecclesia parrochiali de Novavilla [1], in honore et nomine Beatæ Mariæ constituta. Post multos terminos eidem causæ ventilandæ positos, sed quibusdam occasionibus sæpe prolongatos, tandem utrique, in præsentia domni Gisleberti [2], Turonensis archiepiscopi, convenerunt, in cujus diocesi parrochia illa supranominata continetur.

Dixerunt monachi Sancti Martini sic : « Aecclesia ab antiquis temporibus fundata est apud Novamvillam, in honore « Beatæ Mariæ, parrochialis, chrismalis, censualis, et omnia « ecclesiastica debita a Turonica ecclesia, sicut a matre sua, « recipiens, et quæ debet filia ei reddens, habens fines suos et « terminos certos, sicut tenet lex et usus ceterarum parrochia- « rum. Intra fines hujus parrochiæ, tenent monachi Sancti « Juliani capellam quandam in meliori loco ejusdem parro- « chiæ, in castro scilicet quod dicitur Castrum Rainaldi [3], « causa cujus capellæ invadunt et usurpant sibi idem mona- « chi multa de jure parrochiæ, verbi gratia : sepulturas, deci- « mas, oblationes, reconciliationes, et cætera alia. Super his « conqueritur et clamat per nos parrochia illa, domine archie- « piscope, ad aures vestræ paternitatis, rogans anxie et obse- « crans, ut pro Deo et pro æquitate et pro vobis qui utriusque « a Deo et vice Dei pater estis constitutus et maritus *(sic)*... « Et promittant illi monachi ipsi parrochiæ quæ sibi, id est « parrochiæ, parrochiali jure pertingunt, sin autem in præsen- « tia vestri ei judicium prosequantur. »

1. Neuville, commune du canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
2. Gilbert, archevêque de Tours, 1118-1125.
3. Il ressort de ce texte que le territoire de Châteaurenault faisait à l'origine partie de la paroisse de Neuville.

His auditis, monachi Sancti Juliani in partem secesserunt, et, accepto consilio, redeuntes, responderunt sic : « Domine « archiepiscope, placuit Domino, nec locum illum invasimus, « nec jura parrochiæ, pro qua isti se clamare dicunt, usurpa- « mus, sed, cum per plurimos annos tenuissemus capellam « illam ut capellam, tandem placuit domino archiepiscopo « Radulfo, cui jam tertius successistis, ut ad locum illum « veniret et capellam consecraret et ei cymiterium benedi- « ceret, quod et fecit. Ab illo ergo tempore capellam illam solu- « tam et quietam sic tenemus ut jam per XXX annos, a nullo « nisi a communi matre, id est ecclesia Turonica, chrisma vel « quid aliud parrochiale requiramus. » Quod quidam presby- ter ex eorum parte solus testatus est.

Econtra monachi Sancti Martini, non sine præsenti et pro- loquenti testimonio responderunt sic : « Hubertus Goxengres « de Rupibus, vir satis probus et notus, de cujus fevo par- « rochia illa erat, in præsentia adsistens, et parrochiæ illius « possessionem et dignitatem minorari videns, archiepiscopo « dedicationem capellæ et cymiterii benedictionem contra- « dixit, quin etiam eum diffiduciavit. Archiepiscopus autem « eum verbis contumeliosis afficiens, respondit quia pro ipso « non dimitteret, maxime cum sibi juste liceret ut unam par- « rochiam in duas, si vellet, divideret, adjungens se tunc « tamen divisionem non facere, et illi parrochiæ juris sui « penitus nil auferre quin etiam dominus castri multa est « eidem Huberto comminatus. »

Ad hoc monachi Sancti Juliani, sine teste et scripto, dixe- runt se fecisse pacem cum præfato Huberto super calumnia ista. Monachi Sancti Martini cum suo testimonio eis respon- derunt : « Calumniam quidem factam a Huberto nec vos nega- « tis et nos asserimus ; pacem vero, quam cum eo fecisse, « sine scripto et teste dicitis, abnegamus. Porro quod dicitis « vos a XXX annis et deinceps in pace capellam tenuisse, nec « ab ulla, nisi a Turonica matre ecclesia, chrisma vel aliud « parrochiale recepisse, non ita est, nam, teste presbitero « ipsius capelle, qui in præsenti est, Rainaldo nomine, infra

« hos tres annos, ab ipsa parrochiali ecclesia, capella chrisma « habuit, et ampullam, in qua allatum fuit, adhuc capella reti- « net. »

Dominus quoque castri, qui ex parte monachorum Sancti Juliani præsens erat, Rainaldus nomine, dixit : « Ego quidem « sum castri dominus et capellæ, sed, ut verum fatear, numquam « amplius scivi vel audivi quod capella illa chrisma habuerit « ab aliquo nisi ab ipsa parrochia et ecclesia Beatæ Mariæ. »

Fuit etiam ibidem præsens Galterius quidam, parrochianus supradictæ parrochiæ, filius Durandi Torti, qui dixit : « Ego quidem vidi et audivi quod pater meus, Durandus, « cum esset minister redituum ejusdem parrochiæ et videret « quia monachi Sancti Juliani sive capellanus eorum multa « sibi de jure ecclesiæ parrochialis usurparent, et eadem « requisita ei non redderent, cum eos aliter cogere non pos- « set, censum sinodalem et quædam alia quæ parrochia Turo- « nicæ matri ecclesiæ debebat tamdiu retinuit, donec ecclesia « Turonica proclamante, pater meus cur ea detinuisset inno- « tuit. Unde, facto judicio, capellanus ipsius capellæ novem « solidos de his quæ parrochiæ subtraxerat, Turonicæ eccle- « siæ restituit, tanta enim fuit summa eorum quæ pater meus « retinuerat de redditibus ecclesiæ Turonicæ. »

Idem quoque Galterius dixit quod Hubertus Gozengres, longe post dedicationem illam capellæ et post illam cymiterii benedictionem, dedit advocationem suam ipsi eidem Galterio et quibusdam aliis, quod si, unquam post mortem ejus, querela parrochiæ contra capellam in jus veniret, et monachi Sancti Juliani se cum eo pacem fecisse de supradicta calumnia assererent, ipse Galterius et alii quibus vicem suæ advocationis imponebat, omnibus legibus juste sibi judicatis, affirmarent monachos illos nunquam secum de calumnia supradicta pacem fecisse. « Quod et ego dixi, Galterius, ita facere paratus sum. »

Hanc causam hoc modo tractaverunt monachi Sancti Martini... contra monachos Sancti Juliani in præsentia domni Gisleberti, archiepiscopi, coram multis testibus.

69. — Après 1120 [1], Montbazon. — Notice qui relate comment, a la suite d'un jugement de Dieu, le prévot du comte de Montbazon et Archambauld, fils d'Ulger, seigneur en partie de Montbazon, furent déboutés du droit qu'ils prétendaient avoir de s'approprier les essaims d'abeilles dans le bois de Chédon appartenant aux moines de Saint-Julien. — (Copie, B. N., Baluze, 77, p. 101. — Analyse, Dom Housseau, t. IV, n° 1371.)

Paganus Burduth, præpositus comitis de Montebasone, et Archambaldus, filius Ulgerii, dominus medietatis ipsius castri, et malorum hominum persuasione et propria incitati cupiditate, cæperunt calumniam mittere in apes quæ inveniri solebant in bosco Sancti Juliani de Chettone [2].

Cum autem et contra justitiam calumniarentur ipsamque calumnian per vim obtinere niterentur, compulsi necessitate, monachi comitem Fulconem Turonus super hoc conveniunt, et ut causam Sancti Juliani legitime diffiniri præciperet deprecantur et expetunt. Qui ilico præposito Montisbasonis præcepit Pagano, ut, relicta vi et injustitia, competenti tempore et loco, causa Sancti Juliani legitimo terminaretur judicio.

Data igitur die, in curia comitis apud Montembasonem, judicatum est monachis ut homo Sancti Juliani per sacramentum et per ignitum probaret judicium quod apes illas quas præpositus comitis et Archambaldus Ulgerii super monachos clamabant ipsi monachi tempore Ulgerii et Pagani de Mirebel [3] quiete habuerant.

Ut autem judicii dies venit, homo Sancti Juliani, Gaufridus Tensus, sacramentum juravit et judicium salvus portavit, de

1. Cette charte est évidemment postérieure à la donation de la forêt de Chédon faite à Saint-Julien par la comtesse Eremburge, son fils Geoffroy le Bel et Archambauld, fils d'Ulger, l'année du premier départ de Foulque V pour la Terre Sainte (Cf. ci-dessous, n° 82).

2. La forêt de Chédon s'étendait sur les paroisses de Faverolles, Saint-Julien-de-Chédon, Angé et Pouillé.

3. Payen de Mirebeau n'est pas nommé dans la liste des seigneurs de Montbazon de Carré de Busserolle. Ce personnage était le fils de Guillaume, lequel était seigneur de Mirebeau en 1089 (Cf. Halphen, *Le comté d'Anjou*, p. 327).

quo ut salvus exivit et calumnia ex toto evanuit et rectum Sancti Sancto remansit.

70. — 1122. — CHARTA DONATIONIS ET REDDITIO CENSUS FACTA A JAGUELINO, MALLIACI CASTRI DOMINO [1], CONCEDENTIBUS MATRE SUA, BEATRICE, ET FRATRIBUS SUIS, BARTHOLOMEO ET GILDUINO, ANNO MCXXII. — (B. N., Dom Housseau, t. IV, n° 1371.)

71. — 1114-vers 1140. — JAQUELIN, SIRE DE MAILLÉ, CEDDA ET QUITTA A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN TOUT LE DROIT QU'IL PRÉTENDOIT SUR LA TENURE DE LAMBERT HODEMER, SITUÉE DEVANT LA PORTE DE LA MAISON D'ICELLE ABBAYE, A VALLIÈRES [2], PAR CHARTE, SANS DATTE, MAIS D'ENVIRON L'AN 1100. — (B. N., Français 31.937, f° 25. Dom Villevieille, *Trésor généalogique*.)

72. — 1114-vers 1140. — ACCORD ENTRE JACQUELIN, SEIGNEUR DE MAILLÉ, ET L'ABBÉ DE SAINT-JULIEN DE TOURS, AU SUJET DE CERTAINS DROITS DE LA PAROISSE DE VALLIÈRES. — (*Inventaire des titres de la seigneurie de Vallières*, Archives d'Indre-et-Loire, H 517, p. 11.)

73. — 1127, 5 juin, Tours. — NOTICE RELATANT LA DONATION DES ÉGLISES SITUÉES A SAINT-ANTOINE-DU-ROCHER FAITE A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR JEAN LE PAUVRE DE SAINT-ANTOINE. — (Deux copies, l'une du XVIIe siècle, l'autre du XVIIIe siècle, cette dernière suivie d'une traduction certifiée en 1777 par J.-J.-J. Dégreville, notaire de Luynes et commissaire à terrier, Archives d'Indre-et-Loire, H 494.)

Ne cum hominibus transeant facta hominum, ea debent commendari officio litterarum, ne scilicet mali filii destruant quod boni patres edificant. Quapropter literis commendamus et per literas posteris notificamus quod Johannes Pauper de Sancto

1. Jacquelin Ier, seigneur de Maillé de 1114 à 1140 environ, fils d'Hardouin II, seigneur de Maillé, et de Béatrix.

2. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire)

Anthonio, pro anime sue suorumque remedio, cum consensu et voluntate Dionysie, uxoris sue, dedit Sancto Juliano et monachis ejus, in capitulo ipsorum, in manu Gireberti [1], abbatis, duas ecclesias apud Sanctum Anthonium [2], unam de Sancto Petro, alteram de Sancto Anthonio, cum offerandis [3] et primitiis, et cimiterio, et stagnum suum, ita tamen ut si ipse Johannes, vel hereditatis ejus heres ibi maneret, in eo piscaretur si vellet, et in eodem stagno medietatem molendini, et inundragium, et ostes mulnerii, ita ut monachi quandocumque mulnerium vellent in molendinum mittere vel ejicere possent, et medietatem furni sui, et unam mensuram terre intra procinctum Sancti Anthonii, et omnem decimam de omnibus decimaturis suis, scilicet : de animalibus, pecudibus, carnicis, et unum arpentum vinee, et omnem decimam de propriis vineis, et a superiori parte stagni unam aream ad grangiam faciendam, et ab inferiori quandam partem terre ad faciendum ortum et viridarium, et forestam suam de Bella Valle ad faciendum quidquid ipsi monachi de bosco viridi et sicco haberent necessarium, et ut ipsi monachi et homines ipsorum de aliis boschis suis caperent, sicut proprii homines ipsius Johannis capere solerent, et scutum et baculum de duellis ibi victis, et ut liberum et quietum [4] haberent et obtinerent quicquid in feudo suo quoquomodo acquirere possent, ita tamen ne servitium perderet quod inde habere deberet.

Hanc autem elemosinam sicut Johannes fecit, sic eam Rainaldus de Castro Gonterii [5], de cujus feudo movebat, in manum Gireberti [6], abbatis, concessit. Et postea cum ipso Johanne,

1. Variante : *Gerberti.* — La donation ici relatée fut faite du temps de l'abbé Gilbert, c'est-à-dire entre les années 1073 et 1093.

2. Saint-Antoine-du-Rocher, commune du canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire). Cette localité, nommée dans un document du VIe siècle *Sanctus Petrus de Bella Valle* (*Amplissima Collectio*, t. I, 160), prit le nom de l'ermite saint Antoine qui s'y retira et y mourut.

3. Variante : *offerendis.*

4. Variante : *quietem.*

5. Renauld III, seigneur de Château-Gontier et de Châteaurenault, probablement fils de Renauld II tué à Angers le jeudi saint 1067.

6. Variante : *Gerberti.*

filius ejus, Prelinus, in capitulo monachorum, in manum Gerardi, abatis [1], deinde cum baculo super altare Sancti Juliani, manu propria firmavit.

Procedente tempore, predictus Johannes, elemosinam prosecutus, in ecclesia Beati Juliani monacum accepit et in monachatu suo decimam proprii molendini, cum consensu et voluntate uxoris et filii, Sancto Juliano tribuit, sicque totam elemosinam suam proprii corporis sui datione confirmavit.

In dedicatione vero ecclesie Beati Anthonii, in ipsa ecclesia, coram altari et corpore ipsius sancti, sub presentia monachorum Goselini, Bartholomei, Reinaldi, Prelinus elemosinam patris atque suam in manum Aldeberti, archiepiscopi [2], confirmavit, et in ejus custodiam posuit; ibique contentionem, quam cum monachis de furnagio habebat, deseruit, concessitque et dedit ut omnes, qui in furno coquere vellent, coquerent, et de omnibus quæ quique in eo coquerent Prelinus et monachi per medium furnagium acciperent.

Facta est autem hac die dedicatio et, in manu [3] archiepiscopi, elemosine concessio et confirmatio, anno Incarnati Domini milesimo centesimo vigesimo septimo, nonas junii.

74. — 1128. — In carta cujusdam concordiæ, hæc sunt : « tandem, ex præcepto consulis Fulconis, eo anno quo filius ejus, Gaufridus, filiam regis Anglorum, quæ imperatrix Alemanniæ fuerat, duxit uxorem, apud Fixam castrum ejusdem consulis [4]. . . Actum anno MCXXVIII ». — B. N., Dom Housseau, t. IV, nº 1371.)

75. — 1129, Tours. — Notice constatant l'abandon par Geoffroy, fils de Guiterne, et Geoffroy Infernus des

1. Le *Gallia* (t. XIV, col. 244) met en doute l'existence de cet abbé Girard. Son abbatiat peut être placé entre 1093 et 1096.

2. Hildebert de Lavardin, archevêque de Tours, 1126-1133.

3. Variante : *manum*.

4. D'après Port (*Dictionnaire de Maine-et-Loire*, t. II, p. 254) et tous les auteurs manceaux et angevins, le mariage de Geoffroy Plantagenet avec Mathilde, fille d'Henri Ier, roi d'Angleterre, et veuve de l'empereur d'Allemagne Henri V, aurait été célébré, non pas à la Flèche, mais au Mans, le jour de la Pentecôte 1128.

DROITS D'USAGE EXERCÉS PAR EUX INDUMENT DANS LA FORÊT DE CHÉDON APPARTENANT AUX MOINES DE SAINT-JULIEN. — (Original parchemin autrefois scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 483.)

Ab antiquis usum litterarum iccirco repertum fuisse credimus ut ea quę, interveniente temporis antiquitate, a memoria hominum facile avelli poterant earum suffragio successivę posteritati perpetuo profutura tradantur. Ad eorum igitur qui hęc lecturi sunt memoriam corroborandam, quatinus rata et inconvulsa permaneant, scribimus, quod in Capduana silva, quę proprie monachorum Sancti Juliani est, pravę consuetudines adeo moleverant, ut sive de ape, sive de accipitre, sive de sparvario, sive de venatione, si hęc ibidem reperta fuissent, nullatenus eisdem monachis exinde responderetur. Preterea forisfactum quodlibet, si in prefata silva perpetratum fuisset, aut de incendio, aut de sanguine, aut de furto, aut de raptu, justicia de eo ad monachos attinere omnino negabatur. Terram quoque ejusdem silvę, vel inhabitare, vel arare, vel aliquomodo colere per manum monachorum nulli permittebatur.

Has itaque et alias malas consuetudines quidam milites de Sancto Aniano [1], scilicet Josfridus Guiterni et Josfridus Infernus, quorum segrearia erat, a predecessoribus suis antiquitus in predicta silva Sancti Juliani nequiter institutas, modis omnibus manu tenebant et, tamquam si sui juris essent, sibi violenter vindicabant, et insuper decipulas suas, quas vulgo pedicas vocant, quocienscumque voluissent in eadem silva tendere presumebant. Ex harum ergo malarum consuetudinum occasionibus plurima dampna monachis et hominibus eorum plerumque proveniebant.

Tandem igitur predicti milites, inspiratione divina compuncti, de salute animarum suarum solliciti, de peccato quod exinde tam ipsi quam antecessores sui habuerant conscii, in capitulum Sancti Juliani, in presentia abbatis Johannis secundi et totius conventus, Turonis venerunt, peccatum,

1. Saint-Aignan, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Blois (Loir-et-Cher).

quod ex his malis consuetudinibus contraxerant, sibi et antecessoribus suis condonari humiliter petierunt, et obtinuerunt, et omnes omnino consuetudines, quas eatenus in sepedicta silva injuste habuerant et tenuerant, in manu ipsius abbatis, manum ipsam deosculando, devotissime dimiserunt, et deinde super altare dominicum benignissime deposuerunt, promittentes et constantissime protestantes sese nullatenus in eadem silva aliquam consuetudinem ulterius reclamaturos vel habituros.

Beneficio autem ęcclesię de manu abbatis in ipso capitulo accepto, fideliter promiserunt se hęc omnia firma et inconcussa perpetuo observare et tenere.

Concessit autem hoc ibidem Guiternus, Josfridi Guiterni filius.


Concessit etiam hoc Robertus de Orticio, a quo predicti milites segreariam tenebant.

Acta sunt hęc anno Dominicę Incarnationis M.C.XX.VIIII, indictione VII, pontificatum Turonensis ęcclesię administrante Hildeberto.

Testes hujus rei fuerunt hii :

Ex parte militum : Gaufridus, filius Guiterni ; Amillia, uxor ejus ; Guiternus, filius ejus ; Gaufridus, filius ejus ; Gaufridus Infernus ; Herveus, frater ejus ; Marcus, frater ejus ; Petrus Burgundio ; Jesser ; Girardus, cellarius Suplicii.

Ex parte monachorum : Paganus de Capdone ; Gedeon, major ; Blanchetus, prepositus ; Haimericus Bretellus ; Tonduz ; Tebaldus, cocus ; Mainardus de Nifort ; Stephanus, cellerarius ; Stephanus de Bliriaco ; Otgerius de Ostiario ; Galerius, cocus.



76. — Vers 1132. — Donation faite a l'abbaye de Saint-Julien par Ulger, seigneur de Bray. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 37.)

Noverit quicumque legerit, quod Ulgerius, Brici castri dominus [1], veniens in capitulum Beati Juliani, quamdam decimam, quam Paganus de Chamarliaco, pro filio suo monachatum recipiente, Sancto Juliano dederat, tresque prati arpennos, quos quidam Rainaldus, cognomento Nebot, monachalem habitum suscipiens, dederat. . . coram abbate Sulio. . . tandem quiete concessit. . .

Testes : Gano, decanus Sancti Mauricii ; Gaufridus de Nuseriis ; Berengerius Tondut ; . . . Mazelinus, coqus.

Ex parte Ulgerii : Mauricius, miles ; Sanctius Rionis ; Radulfus de Monte Ebroini ; . . . Ugo de Bliriaco ; Gauzlenus de Rochalee.

77. — 1134. — Traité entre Robert, aumônier de Saint-Julien, Guillaume de Gesnes et Jacquelin de Maillé au sujet d'un pré en la paroisse de Berthenay [2]. — (Copie du xviiie siècle en partie illisible, Archives d'Indre-et-Loire, H 471 [3].)

[. . . . .] super terram multiplicatur just[. . . . .]cupatur ad notitiam posterorum litteris [. . . . .]enitas operatur. Elemosinarius Sancti [Juliani. . . . .] multo tempore quietum et ab omn[i. . . . . d]uo in prato elemosinarii boves famulus[. . . . .]iens quidem L., Guillelmi de Gesne, W[. . . . . a]bduxit famulumque verberavit [. . . . .]cens pratum illud nequaquam esse debere[. . . . .]i sui Willelmi. Qua de re

1. Bray, aujourd'hui Reignac, commune du canton de Loches (Indre-et-Loire).

2. Ce titre nous est fourni par un inventaire conservé au Archives d'Indre-et-Loire, H 507.

3. Les premières lignes et les dernières de cette copie sont tachées et en partie illisibles. De plus, quelques lacunes se rencontrent dans le corps du document.

cum postea [. . . . .] Jaquelino, Maliaci domino, clamorem fec[issent. . . . .] statuta pars utraque ad placitandum [. . . . .]ci convenisset curiæ consilio Jaquelinus cum[. . . . .]ciliatoribus et aliis pluribus in pratum descendit metasque [. . . .] que monstrari precepit. Quod cum utrique fecissent [. . . .]utrique graviter contendere cepissent, ex improviso senex [quidam Bert]randus nomine, adfuit qui coram omnibus dixit : « Transacti sunt quinquaginta anni « ex quo fui boverius Sancti Juliani, tempore Rainaldi Gute- « memore, monachi, cujus precepto pratum hoc quiete falcavi « et fenum in pace collegi, et postea semper sine calumpnia « collegi *(sic)* vidi, et hoc probare paratus sum per quod « judicaveritis judicium. »

Quo audito, judicatum est ibi curiæ judicio, ut si hoc senex sacramento firmare et per ignitum posset judicium probare pratum de quo contendebant sicut ab omnibus [. . . . .] Sancto Juliano liberum remaneret et quietum.

Cum autem senex, pro amore Sancti Juliani et veritatis testimonio, sacramentum jurasset, judicium portasset, et de judicio salvus exisset, idem ilico elemosinarius, in presentia Jaquelini, Guidonem Curtum clamorem direxit, tam de invasione et calumpnia prati, quam de adducione bouum et verberatione famuli, quod [cum] totum Wido ille se fecisse abnegasset, famulusque elemosinarii, Joannes, totum hoc fecisse respondisset, et hoc, die data, per duellum, sicut fuerat judicatum contra eum, probare paratus esset.

Statim Guido Curtus, accusante [. . . . .], territus cum frequenter submoveretur ut se prepararent, sub testimonio totius curiæ, domino Jaquelino dixit quod de hac re et pro hac re, nec pugnaret, nec juramentum juraret.

Quo audito, Jaquelinus in eum vehementer iratus irruit eique cutellos barbe eradicans et disrumpens, de illo ut de victo justitiam suam cepit; sicque pratum totum cum tota calumpnia Sancto Juliano quietum remansit.

Postea Guido Curtus, civitate Turonensis, in presentia domini Jaquelini et domini sui Guillelmi de Gesne, de falsa

calumpnia, quam pro prato elemosinario fecerat, in manum Roberti elemosinarii, gagium suum dedit, quod gagium Robertus ibi per deprecationem monach[. . . . . .in]terfuerunt monach[. . . . . anno] mi[lle]simo centesimo trigesimo [quarto [1]. . . . . . . Gaufrido], comite Andegavorum qui erat fili[us. . . . .]

78. — Vers 1134. — Élection comme abbé de Saint-Julien de Fulcradus, moine et sacriste de Saint-Florent de Saumur. — (*Histoire de l'abbaye de Saint-Florent de Saumur,* à la page 307 des *Chroniques des Églises d'Anjou.*)

79. — Vers 1134, Tours. — Notice du don de la terre « de Mentiaco » fait a l'abbaye de Saint Julien par Hemeri de Narbonne. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 37.)

Ut sine dubitatione. . . . . scripto commendavimus, quod Aimericus de Narbonia. . . . venit in capitulum Sancti Juliani, ipsisque monachis terram suam de Mentiaco donavit. . . . . in manu Fulcaudi, abbatis.

Teste ex parte ejus : Mauricius Escherpel ; Burdinus ; Petrus Isnellus.

Ex parte monachorum : Aimericus Britellus.

Postea uxor ejus Mainzecia venit, et quod vir ejus dederat. . . . ipsa concessit. . . . . sub testimonio Reinaudi, senescalli, Garnaudi de Calmont.

Concesserunt hoc et filii ejus ✠ ✠ ✠.

80. — 1134-1141. — Accord établi entre Fulcrade, abbé de Saint-Julien, et André de Saint-Mars, relativement a divers droits sur Saint-Mars. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 498.)

Quum inter abbatem Sancti Juliani, Fulchaldum, cum monachis suis, et Andream de Sancto Medardo [2], pro quibus-

1. On lit en tête de la copie : 1234. Cette même date est donnée par l'inventaire des Archives d'Indre-et-Loire, H 507.

2. D'après Carré de Busserolle (*Dictionnaire,* t. IV, p. 198), André de Saint-Mars était fils d'Hardouin II et d'Adélaïde et petit-fils d'Hardouin Ier, frère d'Othon, abbé de Bourgueil (Cf., nos 33, 34 et 57).

dam querelis contentio exorta fuerat, ego Hugo[1], Dei gratia Turonorum archiepiscopus, et qui nobiscum erant, sicut ex hujus scripti assertione cunctis illud legentibus scire datur, hujusmodi pacem et concordiam inter eos, auctore Deo, composuimus.

Concesserunt siquidem idem abbas et monachi ut predictus Andreas terram illam, quam in burgo Sancti Medardi[2], cum domibus vel sine domibus monachi eatenus habuerant, terram quoque, que est inter burgum et crucem, cum domibus, deinceps quiete et sine aliqua reclamatione, teneret et possideret.

Concesserunt preterea eidem Andree medietatem furni, quam monachi in eodem burgo habebant, ita ut per manum prioris ejusdem obedientie et ipsius Andree homo ad eundem furnum calefaciendum communiter eligatur.

Predictus vero Andreas abbati et monachis, pro salute animę suę et predecessorum suorum, omnes decimas, quas habebat, vel habiturus erat, dedit et concessit, decima vinearum suarum et decima anserum et decima lini et canabi sibi retenta ; quod, si forte vineas illas ad aliorum possessiones transferri postmodum contigerit, monachi decimam earum sicut de ceteris in pace habebunt.

Terram eciam, que ante puteum et grangiam monachorum est, de qua contentiose eatenus predictus Andreas et monachi egerant, concessit ipsis monachis sepedictus Andreas ad ortum vel ad aream faciendam.

Denique abbas et monachi, de salute ipsius Andree plurimum solliciti, concesserunt ei, ex peticione ipsius ut quemlibet clericum pro eo ad monasticum ordinem diligenter admitterent.

Hec igitur omnia, sicut superius scripta sunt, ut rata et inconvulsa permaneant, ego Hugo, archiepiscopus, signo proprie manus confirmavi et sigilli nostri impressione munivi.

1. Hugues II de la Ferté, archevêque de Tours, 1133-1147.

2. Saint-Mars, aujourd'hui Cinq-Mars-la-Pile, canton de Langeais (Indre-et-Loire).

Isti affuerunt : Gano, decanus ; Herveus, cancellarius ; Gaufredus, archidiaconus ; Jotho, cellerarius ; Robertus, archipresbyter ; Radulfus, archipresbyter ; Gobio, canonicus.

Cum abbate : Sulio, monachus ; Bartholomeus, monachus ; Harduinus, ostiarius ; Petrus, monachus.

Cum Andrea : Henricus, prepositus ; Hubertus, sororius ipsius prepositi ; Landricus, canonicus Sancti Martini ; Clarembaldus de Malliaco ; Campanus et Jofridus de Mazeriis, milites ipsius Andree.

✠ Signum Hugonis, archiepiscopi. ✠ Signum Andreę. ✠ Signum Niveę, uxoris ejus.

81. — 1141. — Accord fait en présence d'Hugues, archevêque de Tours, entre les abbés de Saint-Julien et de Villeloin au sujet des églises de Notre-Dame-la-Riche et de Saint-Médard de Tours. — (Original parchemin autrefois scellé de quatre sceaux pendant sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 616. — Copie dans le *Cartulaire de Villeloin*, Archives du Cogner, H 97, f° 32, et B. N., Dom Housseau, t. V, n° 1650.)

Cirographum [1]. — Quociens divinę circunstanciam paginę pro capacitatis nostrę studio perscrutamur, ex singulis Sacrę Scripturę sentenciis liquido perpendere possumus, quia Deus, auctor pacis et amator, in mundum venit ad dirigendos pedes nostros in viam pacis, unde inter saluberrima predicationis suę documenta dicit ipse : *Pacem et veritatem diligite*. Hinc etiam ait Apostolus : *In pace vocavit nos Deus*.

Hujus igitur institucionis Dominicę et erudicionis Apostolicę nullatenus immemor, ego Turonorum archiepiscopus, Hugo, Sancti Juliani ac Villelupensem [2] abbates, super ęcclesiis Sanctę Marię [3] et Sancti Medardi [4], quę in suburbio sunt Turonicę civitatis, aliquandiu altercantes, auditis utriusque partis

1. Partie supérieure des lettres.

2. Villeloin, ancienne abbaye de l'ordre de Saint-Benoît, commune de Villeloin-Coulangé (Indre-et-Loire).

3. Notre-Dame-la-Riche, paroisse en la ville de Tours.

4. Saint-Médard, prieuré de l'abbaye de Villeloin en la ville de Tours.

rationibus, ad integram continuę pacis concordiam, consilio domni Guarnerii, abbatis Majoris Monasterii [1], hoc modo revocavi.

Fratres Villelupensis cenobii supra memoratas ęcclesias Beatę videlicet Marię et Sancti Medardi, quas auctoritate et munimentis Romanę et Turonensis ęcclesię subnixi, tenore tricennali et eo amplius, possederant, terminata penitusque sopita monachorum Sancti Juliani calumpnia, libere ac quiete amodo ac deinceps obtinebunt. Verum quia indissolubilem mutuę fraternitatis conexionem Villelupenses cum monachis Sancti Juliani habere cordetenus appetebant, post compositam pacem istam, IIII^or denarios, quos ęcclesię Villelupensi censualiter debebant, eisdem, gratia hujus concordię, tanquam fratribus suis, caritative condonaverunt.

Heę autem omnia in capitulo Sancti Juliani, abbas et monachi ejusdem loci omnes una concedentes Villelupensibus fratribus prefatę concordię modum obnixe ac fideliter tenendum, plurimis audientibus, promiserunt.

His ita compositis pręmissę pacis series ne in posterum successores nostros lateat, neu a memoria quorumlibet, prolixitate temporum, recedat, sub assertione presentis paginę sigilli mei munimine tenaci memorię mancipavi.

Affuerunt Turonensis ęcclesię clerici, nomina quorum subnotata sunt. Gano, decanus ; Engulbaudus, thesaurarius ; Simon, archidiaconus ; Avitus, cantor ; Goscius, cellerarius ; Robertus, archipresbyter.

Ad corroborandum hujus actionis summam, abbas Majoris Monasterii et abbas Sancti Juliani, necnon abbas Villelupensis sigillorum suorum auctoritatem adhibuerunt.

Quod si quispiam hujus concordię tenorem inquietare vel debilitare presumpserit, eum anathematis vinculo donec resipiscat innodamus.

Actum est anno ab Incarnatione Domini M.C.XL.I, Papa Innocentio, rege Lodovico.

1. Garnier, abbé de Marmoutier (1137-1155).

Popinus de Monte Bruno ; Gaufredus Engelardi ; Rainaudus Meschinus ; Radulfus de Furcis et Hugo, filius ejus ; Leonius ; Radulfus Thome ; Nicholaus Engerlardi.

Data per manum Hervei, cancellarii. Gaufredus Bonometh ; Gaufredus Turonensis ; Maissellus ; Gaudricus.

Isti sunt famuli Sancti Juliani : Berengerius Tondutus ; Girardus de Ospitio ; Gossardus.

82. — 1142, Château-du-Loir. — NOTICE RELATANT LE DON DE LA FORÊT DE CHEDON, FAIT AUX MOINES DE SAINT-JULIEN PAR EREMBURGE, ÉPOUSE DE FOULQUES V, ET LA CONFIRMATION DE CE DON PAR GEOFFROY PLANTAGENET. — (Copie B. N., Dom Housseau, t. V, nº 1690.)

Noverint presentes et secuturi, quod Aremburgis, comitissa, uxor Fulconis, comitis Andegevorum, et postea Jerosolimorum regis, cum filio suo, Gaufredo, et Archembaudo, filio Ulgerii, donavit Deo et beato Juliano, martiri, et conventui monachorum, in ecclesia nomini ejusdem martiris dedicata apud Turonum Domino famulanti, boscum sive forestam de Chedonio, a foresta Militum usque ad domum monachorum, qui ibi consistunt, ad extirpandum, sive excolendum, seu hospitandum aut prout conspectui eorum placitum, vel visum foret utilius, tractandum ac disponendum.

Fecerunt siquidem donum istud in capitulo Sancti Juliani Turonensis, eo ipso tempore et eisdem diebus, quo . . . Fulco, comes, Jerusalem prima vice perrexerat [1], libere et quiete, et tam comitis Andegavensis, quam officialium ac ministrorum ipsius, a bosco eodem, vel terra seu hominibus qui in ea hospitandi essent, omni exclusa in posterum vicaria, districtione, violentia, exactione et omni prorsus consuetudine.

Longo postea tempore, supramemorato Fulcone regni Jerosolimitani adepto gubernacula, ac filio ejus, Gaufredo, qui donum fecerat, Andegavensis comitatus administrationem

1. C'est en 1120 que Foulques partit pour la Terre Sainte, c'est donc en cette année que sa femme Eremburge, son fils Geoffroy et Archambauld, fils d'Ulger, donnèrent à Saint-Julien la forêt de Chédon.

atque moderamina disponente, tam de quantitate elemosinæ prælibatæ quam de consuetudinibus, oborta est contentio inter abbatem Sancti Juliani tunc temporis Hamericum et præpositum de Monte Basonis, nomine Isoredum, quæ controversia ipsius serenissimi comitis Gaufredi tali dictione terminata est : præcepit sane ut idem Ysoredus et Archenbaudus, filius Ulgerii, cum pluribus aliis ad visionem procederent . . .

Nomina eorum qui juraverunt hæc sunt : Paganus de Chedone ; Girardus, nepos ejus ; Harduinus de Bosco.

Testes ex parte monachorum : ipse Haimericus, abbas ; Radulfus de Bauno ; Guido Bajulus, major de Coniaco [1], et filius ejus, Engelardus ; Gossardus ; Gaufredus, famulus abbatis.

Ex parte Ysoredi : Barba de Monte Basone ; Goscerrannus et Petrus, nepos Ysoredi.

Facta sunt hæc anno M.C.XL.II Verbi Incarnati. Data Castro Ledi [2], per manum Thomæ, capellani.

83. — Vers 1142, Fontevrault. — RÉPARTITION FAITE PAR GEOFFROY DE LÈVES, LÉGAT DU SAINT-SIÈGE, DES OBLATIONS DE L'ÉGLISE DE SAINTE-MAURE ENTRE LES MOINES DE NOYERS ET LES VICAIRES DE L'ÉGLISE ; AIMERY, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, EST AU NOMBRE DES TÉMOINS DE LA SENTENCE. — (Imprimé, *Cartulaire de Noyers*, nº DXXXIV.)

84. — 1144, 27 janvier, Latran. — BULLE DU PAPE CÉLESTIN II CONFIRMANT TOUTES LES POSSESSIONS DE L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN DE TOURS. — (Imprimé, *Gallia Christiana*, t. XIV, *Instrumenta*, col. 85.)

Cœlestinus, episcopus, servus servorum Dei, Aimerico, abbati Sancti Juliani Turonensis, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Apostolici moderaminis clementiæ convenit religiosos dili-

1. La mairie de Conneuil, fief appartenant à l'église de Tours, situé commune de Montlouis dans la Quinte de Tours.

2. Château-du-Loir, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Saint-Calais (Sarthe).

gere et eorum loca, pia protectione munire; dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut, qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eos et a pravorum hominum nequitia tueamur et Apostolicæ Sedis patronicio foveamus.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et Beati Juliani monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam de Fresneio [1]; ecclesiam de Mevano [2]; ecclesiam de Aneriis [3]; ecclesiam Feritatis [4], et duas capellas sanctorum Dyonysii et Georgii; ecclesiam de Berlo [5]; ecclesiam de Menniaco [6]; ecclesiam de Hablevilla [7]; ecclesiam de Belvano [8]; ecclesiam de Gaole [9]; ecclesiam Sancti Mauricii [10]; capellam de Roncevilla [11]; ecclesiam Sancti Aniani [12]; capellam de Culpustreio [13]; ecclesiam de Gabrona [14];

1. Saint-Cosme-de-Fresné, canton de Ryes (Calvados).
2. Meuvaines, canton de Ryes (Calvados).
3. Asnelles, canton de Ryes (Calvados).
4. La Ferté-Macé, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Domfront (Orne).
5. Bellou-en-Houlme, canton de Messei (Orne). Voir ci-dessus, p. 34, note 2.
6. Magny-le-Désert, canton de la Ferté-Macé (Orne).
7. Habloville, canton de Putanges (Orne).
8. Bellou-sur-Huisne, canton de Remalard (Orne). Voir ci-dessus, p. 73, note 1.
9. Giel, canton de Putanges (Orne).
10. Saint-Maurice-du-Désert, canton de la Ferté-Macé (Orne).
11. Roncheville, commune de Bavent (Calvados).
12. Saint-Aignan, canton de Couptrain (Mayenne).
13. Couptrain, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Mayenne (Mayenne).
14. Javron, canton de Couptrain (Mayenne).

ecclesiam Sancti Karrilefi[1] ; ecclesias de Miletia[2] ; ecclesiam de Marsone[3] ; ecclesiam de Bellomonte[4] ; ecclesiam de Butileio[5] ; capellam Sancti Lizinii[6] ; capellam de Valle Bouana[7] ; capellam Redonis[8] ; ecclesiam de Eschemiliaco[9] ; ecclesiam de Sancto Quintino[10] ; ecclesiam de Brechia[11] ; ecclesiam de Ambillo[12] ; ecclesiam de Sancto Medardo[13] ; ecclesiam de Valeriis[14] ; ecclesiam de Britiniaco[15] ; ecclesiam de Cancellis[16] ; ecclesiam de Nuzilliaco[17] ; ecclesiam Cercille[18] ; capellam de Chenuchum[19] ; ecclesiam de Castro Renaudi[20] ; ecclesiam de Domniaco[21] ; ecclesiam Sancti Saturnini[22] et burgum ; quicquid habetis in Castello Novo[23] ; ecclesiam de Ambaziaco[24] ; ecclesiam de Bliriaco[25] ; ecclesiam de Atheis[26] ; ecclesiam de

1. Crennes, canton de Villaines-la-Juhel (Mayenne).
2. La Milesse, 2e canton du Mans (Sarthe).
3. Marçon, canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).
4. Beaumont-la-Chartre, canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).
5. Bueil, canton de Neuvy-le-Roi (Indre-et-Loire).
6. Saint-Lezin, ancienne chapelle, commune de Marçon (Sarthe).
7. Vaubouan, commune de Beaumont-la-Chartre (Sarthe).
8. Saint-Cyr-lès-Rennes, commune de Rennes (Ille-et-Vilaine).
9. Échemiré, canton de Baugé (Maine-et-Loire).
10. Saint-Quentin-lès-Beaurepaire, canton de Baugé (Maine-et-Loire).
11. Brèches, canton de Château-la-Vallière (Indre-et-Loire).
12. Ambillou, canton de Château-la-Vallière (Indre-et-Loire).
13. Saint-Mars, *modo* Cinq-Mars-la-Pile, canton de Langeais (Indre-et-Loire).
14. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire).
15. Berthenay, canton de Tours-sud (Indre-et-Loire).
16. Chanceaux-sur-Choisille, canton de Vouvray (Indre-et-Loire).
17. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
18. Cerelles, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).
19. Chenusson, ancienne paroisse, commune de Saint-Laurent-en-Gâtines (Indre-et-Loire).
20. Châteaurenault, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
21. Peut-être Damzay, commune de Beaumont-en-Véron (Indre-et-Loire) ?
22. Saint-Saturnin, paroisse en la ville de Tours.
23. Le Châteauneuf, ancienne châtellenie en la ville de Tours.
24. Saint-Denis, à Amboise (Indre-et-Loire).
25. Bléré, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
26. Athée, canton de Bléré (Indre-et-Loire).

Ciconiaco[1]; ecclesiam de Brisco[2]; capellam de Chedone[3]; ecclesiam de Montibus[4]; capellam de Renciaco[5]; præbendam unam in ecclesia Sancti Martini[6], et alteram in ecclesia Sancti Mauricii[7].

Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi, qualibet surreptionis astutia, vel violentia, præponatur, sed liceat vobis communi consilio, vel partis consilii sanioris, secundum Dei amorem et beati Benedicti regulam, absque ullius contradictione abbatem eligere.

Ad indicium autem hujus a Sede Apostolica perceptæ protectionis bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnibus profutura, salva Turonensis archiepiscopi canonica justitia et Apostolicæ Sedis reverentia. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine, districtæ ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis

1. Cigogné, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
2. Bray, *modo* Reignac, canton de Loches (Indre-et-Loire).
3. Saint-Julien-de-Chédon, canton de Montrichard (Loir-et-Cher).
4. Monts, canton de Montbazon (Indre-et-Loire).
5. Rançay, commune de Monts (Indre-et-Loire).
6. Saint-Martin, église collégiale en la ville de Tours.
7. Saint-Maurice, *modo* Saint-Gacien, église cathédrale de Tours.

percipiant et apud districtum judicem premia æterna pacis inveniant. Amen.

Ego Cœlestinus, catholicæ Ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Datum Laterani, per manum Gerardi, Sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis ac bibliothecarii, VI calendas Februarii, indictione VII, Incarnationis Dominicæ anno MCXLIII, pontificatus vero domini Cœlestini II papæ, anno primo.

85. — 1145, avant le 15 avril, Tours et Angers. — Charte par laquelle Aimery, abbé de Saint-Julien, reconnait les droits de la Trinité de Vendome sur les trois chapelles de la Chartre et promet de lui en faire confirmer la possession par le pape. — (Imprimé, *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, t. II, p. 320, nº D.)

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod olim fuit quedam contentio inter monachos Sancti Juliani Turonensis et monachos Vindocinenses, pro tribus capellis, que in nostro castro Carceris site sunt, prima in honore Dei genitricis Marie, secunda vero in honore Sancti Vincentii, tertia in honore Beati Nicholai [1], quas, quia in parochia de Marsono [2] esse dicebantur, quam de jure suo monachi Sancti Juliani esse asserebant, Vindocinensi ecclesie ipsi calumpniabantur.

Econtrario autem Vindocinenses monachi respondebant se per LX annos, et eo amplius, prefatas capellas pacifice tenuisse, et numquam pro eis ullam calumpniam audisse, asserentes etiam quod eas ante possedissent quam monachi Sancti Juliani in predicta ecclesia de Marsono aliquid donationis habuissent.

Hec contentio sic ad pacem pervenit. Domnus namque Aime-

1. L'abbaye de la Trinité de Vendôme possédait à la Chartre le prieuré de Saint-Nicolas, la chapelle de Saint-Vincent, qui devint dans la suite église paroissiale, et la chapelle de Notre-Dame du Château, *alias* Notre-Dame des Quintaines, édifiée dans la première enceinte du château. Outre ces trois églises, il en existait deux autres dans la même ville : La Madelaine et Saint-Vincent de Châtillon qui dépendaient de l'abbaye de Vaas. Cf. L'abbé L.-J. Denis, *Histoire de la ville et du château de la Chartre-sur-le-Loir*.

2. Marçon, commune de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).

ricus, abbas Sancti Juliani, et totum ejus capitulum concesserunt Vindocinensibus monachis prenominatas capellas, jure perpetuo possidendas, atque promiserunt quod si aliqua ecclesiastica secularisve persona supradictas capellas, pro eo quod in parochia de Marsono site esse dicantur, calumpniata fuerit, ipsi vel successores eorum easdem capellas ad utilitatem Vindocinensis monasterii defendent et judiciario ordine adquietabunt.

Facta est autem hec concordia Andegavis, in presentia domni Goffridi, illustris Normannorum ducis et Andegavorum comitis, ipso eodem comite ad id operam dante, quem predictus domnus Aimericus abbas, pro concordia ipsa tenenda, plegium dedit atque in ejus et aliorum qui aderant auribus promisit, quod eandem concordiam a summo pontifice domno Papa confirmari faceret, et sigillum auctoritate Sedis Apostolice confirmatum domno Roberto, Vindocinensi abbati, vel ejus capitulo redderet.

Et quoniam personas omnes que huic concordie interfuerunt, hic ascribi et annumerare longum est, quarumdem saltem nomina, ad hujus rei munimentum, hic adnotata sunt, que diversis in locis huic concordie interfuerunt.

In capitulo Sancti Juliani : fratres ejusdem ecclesie ; Petrus Syroti, prior ; Bartholomeus, helemosinarius ; Julio, sacrista ; Rivallonus, monachus ; Gerbertus, monachus ; Guido, monachus, et totum capitulum Sancti Juliani.

De capitulo Vindocinensis ecclesie : domnus Robertus, abbas ; Rivallonus, prior, Hylarius, sacrista.

De clericis : Engelbaudus, ecclesie Beati Mauricii Turonensis thesaurarius ; Robbertus, archipresbyter ; Vasletus, magister scolarum Andegavensis ; Guillelmus Rufus de Vindocino.

De famulis Vindocinensis abbatis : Dano, cubicularius, Mauricius, coquus ; Herbertus, marescaldus ; Johannes ; Xristoforus.

Apud Andegaviam : domnus Goffridus, comes Andegavorum ; Rainaudus Rufus ; Oliverius de Novovico ; Pipinus, prepositus ; Gaslenus Turonensis.

Ego autem Aimericus, abbas Sancti Juliani, qui communi consensu capituli nostri hanc concordiam cum ecclesia Vindosinensi feci, ut universe altercationis scrupulus in posterum succidatur, hanc presentem cartam fieri precipi, et ad stabilitatem rei illam sigilli nostri munimine roboravi ; presente Gaufrido, Burdigalensi archiepiscopo [1], et clerico ejusdem archiepiscopi, magistro Petro, assistente, qui, ex mandato nostro et prefati Vindocinensis abbatis, hanc cartam scripsit.

Actum hoc atque firmatum Dominice Incarnationis anno MCXLIIII ; Ludovico, rege Francorum et duce Aquitanorum ; Romano pontifice domno Lucio papa II ; domno Hugone, Turonensi archiepiscopo ; Willelmo, Cenomanensi episcopo [2].

86. — 1145, avant le 15 avril, Tours. — CHARTE PAR LAQUELLE HUGUES, ARCHEVÊQUE DE TOURS, CONFIRME L'ACCORD SURVENU ENTRE L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN ET LA TRINITÉ DE VENDÔME, AU SUJET DES ÉGLISES DE LA CHARTRE. — (Imprimé, *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, t. II, p. 324, nº DII.)

H[ugo], Dei gratia Turonorum archiepiscopus, omnibus fidelibus salutem in Christo.

Inter monachos Sancti Juliani Turonensis et Vindocinenses monachos fuit discordia pro tribus capellis, que in castro Carceris site sunt. Monachi namque Sancti Juliani dicebant quod in parrochia de Marsono, que eorum juris erat, site erant, et ideo eas calumpniabantur.

Econtrario Vindocinenses monachi respondebant quod easdem capellas per LX annos in pace tenuerant, nec ullam pro eis calumpniam audierant, et quod eas ante possedissent quam monachi Sancti Juliani in ecclesia de Marsono aliquid dominationis habuissent.

1. Geoffroy III du Louroux, archevêque de Bordeaux, 1136-1158.
2. Guillaume de Passavant, évêque du Mans. Ce prélat étant entré en fonction en janvier 1145 (n. s.), cet acte et le suivant, dans lesquels il est nommé, datés de 1144, sont des premiers mois de 1145 et antérieurs au 15 avril, jour de Pâques et début de l'année suivant le style de France.

Hec contentio aliquandiu duravit, et per clamorem domini Haimerici, tunc Sancti Juliani abbatis, ad aures incliti Andegavorum comitis Goffridi pervenit. Qui, vocatis utriusque monasterii abbatibus, Roberto scilicet Vindocinensi et Haimerico Turonensi, auditis utriusque rationibus, de pace inter eos tractavit, eosque in concordiam reduxit, concordieque tenende plegius fuit.

Denique, ut vir sapientissimus, ad nostram eos presentiam misit, ut in capitulo Sancti Juliani concordia firmaretur, nostraque auctoritate firmaretur.

Nos itaque, cum prefatis abbatibus misimus in capitulo Sancti Juliani venerabiles personas dominum Ingelbaldum tunc Turonensis ecclesie thesaurarium, dominumque Robertum archipresbiterum; domnum etiam Guillelmum Rufum, canonicuun Sancti Georgii de Vindocino, et domnum Vaslotum, Andegavensis ecclesie magistrum scolarum, ut ipsi, vice nostra, quem assensum capitulum Sancti Juliani concordie predicte daret, audirent et auditum ad nos referrent.

Domnus itaque Haimericus, abbas, totumque ejus capitulum concesserunt domno Robberto, abbati, et Vindocinensibus monachis prefatas capellas, jure perpetuo possidendas, promittentes etiam quod si de eis aliquando calumpnia illius fieret, pro eo quod in parrochia de Marsono esse dicerentur, ipsi, ad utilitatem Vindocinensis monasterii calumpniantibus resisterent, et judiciario ordine acquietarent.

Nos vero audientes a fratribus nostris quos illuc a latere nostro miseramus, quod abbas et omnis conventus concordiam predictam libere et quiete concessissent, gavisi sumus in Domino et utriusque abbatis deprecatione presentem cartam scribi jussimus.

Et ut hec concordia rata in perpetuum maneret, neque ulla deinceps altercatio subimmergeret, sigilli nostri auctoritate roborari fecimus,

Actum est hoc atque firmatum in domo nostra Turonensi, Dominice Incarnationis anno MCXLIIII, Ludovico, rege Francorum et duce Aquitanorum, Romano pontifice domno

Lucio papa II, domno Hugone Turonensi archiepiscopo, Willelmo Cenomanensi episcopo.

87. — 1145, avant le 15 avril [1]. — Charte par laquelle Geoffroy Plantagenet notifie a Henri, son fils aîné, la sentence rendue en faveur de la Trinité de Vendôme pour les chapelles de la Chartre et lui recommande de toujours protéger l'abbaye de la Trinité. — (Imprimé, *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, t. II, p. 322, nº di.)

G[aufridus], Andegavorum comes, H[enrico], primogenito suo, salutem.

Noveris, fili karissime, quod calumpnia, quam monachi Sanct Juliani Turonensis, per Haimericum, abbatem suum, Vindocinensibus monachis faciebant pro tribus capellis de Carcere, Sancte videlicet Marie, Sanctique Vincentii et Beati Nicholai, Andegavis, in presentia mea sedata fuit.

Prefatus namque Haimericus calumpniam illam penitus dimisit et predictas capellas Vindocinensi monasterio, jure perpetuo possidendas concessit, meque plegium dedit Roberto, Vindocinensi abbati, quod in capitulo Sancti Juliani illam dimitteret, et a suo conventu dimitti faceret et predictas capellas concedi.

Huic ergo rei testimonium perhibeo, ubi mecum interfuerunt testes idonei : Vaslotus, magister scolarum Sancti Mauritii Andegavis; Hugo Carnotensis, canonicus Sancti Laudi; Hugo de Cleeriis; Pipinus Turonensis; Goslenus Turonensis.

Et ne rediviva calumpnia litem deinceps moveret inter Turonenses et Vindocinenses monachos, misi per dictum Vaslotum ad dominum Hugonem, Turonensem archiepiscopum, rogans eum ut de clericis suis mitteret, qui prefate calumpnie dimissionem audirent et capellarum concessionem. Ille petitioni mee difficilis non fuit, sed, cum prefato Vasleto, misit in capitulum Sancti Juliani dominum Engelbaldum, thesaurarium Sancti Mauricii Turonensis; Robertum, archipresbiterum; Guillelmum Rufum de Vindocino.

1. On doit assigner à ce document la même date qu'aux deux précédents, qui certainement lui sont antérieurs.

In quo capitulo predictus Haimericus in sede abbatis ut abbas residebat, totique conventui potestative presidebat, resque monasterii ad libitum suum sine contradictione disponebat. Ibi in multorum audientia prefatam calumpniam dimisit, et predictas capellas Vindocinensi monasterio inperpetuum possidendas concessit, sicut Andegavis fecerat in presentia mea et multorum clericorum laicorumque audientia.

Ejus dimissioni calumpnie et capellarum concessioni conventus qui aderat, et ex multis partibus propter hoc ipsum convenerat, assensum prebuit, promittens quod deinceps pro illis capellis, nec per se nec per alium, calumpniam moveret, nec calumpnianti assensum preberet, et ordine judiciario calumpnianti resisteret.

Quod viderunt et audierunt isti : Haimericus, abbas Sancti Juliani ; Petrus Siroti, prior, et totus, sicut dixi, conventus ; Robertus, abbas Vindocinensis ; Revallenus, prior ; Hylarius, sacrista ; Engelbaldus, thesaurarius ; magister Vaslatus, et alii multi.

Et quoniam, Deo volente, ad regimen terre mee michi te successurum credo, amicabiliter te rogo quatinus Vindocinensis monasterii pro posse tuo defendas, et in adversarios eorum rigorem tue potestatis extendas ; antecessores enim nostri idem monasterium fundaverunt, et usque ad tempora nostra viriliter defenderunt. Ego etiam in suis necessitatibus illi non defui, et libenter, quotiens oportuit illi auxillium et consilium prebui. Tu quoque, qui et me et omnes antecessores meos potestate et dignitate, per Dei gratiam, superabis, pro Dei et mei dilectione, Vindocinensis monasterii monachos et res eorum in tua suscipe custodia, nec illos patiaris alicujus gravari malicia.

88. — 1141-1151, Tours. — Acte par lequel Geoffroy Plantagenet déclare avoir acheté des moines de Saint-Julien une maison, qu'il a ensuite accensée a Bernard Martin. — (Fragments de l'original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 466. — Copie, B. N., Baluze, t. LXXVII, 79.)

Cirographum[1]. — Quoniam actiones hominum, cum tempore transeunte, transeunt, nisi scripto retineantur, hoc memoriale describere dignum duximus, quod Michael de Doceio domum quandam, in burgo Sancti Saturnini sitam, de abbate et monachis Sancti Juliani tenere solebat, quam domum Haimericus, ejusdem Sancti Juliani abbas, a predicto Michaele, capituli sui consilio, emit.

Ego vero Gaufridus, Andegavorum comes, in capitulo Sancti Juliani veniens, predictam domum, que Michaelis de Doceio fuerat, ab abbate Sancti Juliani, Haimerico, et ab universo etiam capitulo mercatus sum centum libras denariorum [et Bernardo Martini, abbate et monachis faventibus, illam libere dedi, sibi et filio[2] e]jus quiete possidendam, [cum omnibus terris domui adjacentibus, illo servitio et censu reddente, quod domui], cum appendiciis suis, [pertinet, tres solidos videlicet, tres denarios de censu tamen et septem denarios de pedagio.

Hoc au]dierunt et viderunt. De monachis : ipse abbas Haimericus ; Bartholomeus, prior[3] ; Sulio, sacrista ; Petrus, eleemosinarius ; Rannulfus, armarius ; Guido Brito, et Bernardus Montisicheris, bajulus.

De militibus : Comes Gaufredus ; Hugo de Ambaziaco ; Absalon Rocunart ; Gauterius Saimal ; Hairicus, prepositus ; Paganus Baillarge.

De burgensibus : Leonius Alexander ; Mauricius Aimer ; Rainaudus, frater ejus : Bartholomeus Aimer ; Petrus Burla ; Joherius ; Johannes, aurifaber ; Nicholaus, aurifaber ; Petrus, nepos ejus ; Thomas, capellanus comitis ; Martinus de Ambaziaco.

De hominibus Sancti : Bertrannus, prepositus ; Galterius ; Guitonius ; Tebaudus Villanus ; Guido infirmarius ; Drogo, cocus.

1. Partie supérieure des lettres au bas du texte.

2. Les trois passages entre crochets manquent sur l'original et sont fournis par la copie de Baluze.

3. Baluze ne donne que ces deux témoins.

89. — Vers 1146. — NOTICE QUI CONSTATE DANS QUELLES CONDITIONS AIMERY DAVER RENONÇA AU PROFIT DES MOINES DE NOYERS A LA REVENDICATION QU'IL AVAIT FORMULÉE AU SUJET DE DOUCÉ, EN RILLY ; AIMERY, ABBÉ DE SAINT-JULIEN EST AU NOMBRE DES TÉMOINS. — (Imprimé, *Cartulaire de Noyers*, nº DLIII.)

90. — 1148, 16 avril, Reims. — BULLE DU PAPE EUGÈNE III, CONFIRMANT LES POSSESSIONS DE LA TRINITÉ DE VENDÔME ET LES ACCORDS CONCLUS AVEC L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN, POUR LES ÉGLISES DE LA CHARTRE. — (Imprimé, *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, t. II, p. 328, nº DV.)

Privilegium Eugenii pape tercii confirmantis quicquid monasterium Vindocinense possidere noscitur. Confirmat etiam concordiam inter abbatem Vindocinensem et Aymericum, abbatem Sancti Juliani factam super tres ecclesias de Carcere, scilicet Sancti Nicolay, Sancti Vincencii et Beate Marie, precipiens ne infra banleugam ejusdem castri alia construatur ecclesia vel capella, sine consensu Vindocinensis abbatis.

Datum Remys, XVI kalendas maii [1].

91. — 1140-1156, 29 janvier. — CIROGRAPHE PORTANT CONCESSION A GIRARD REBOTEL, PAR AIMERY, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, D'UN FIEF A BEAULIEU. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 487.)

Cirographum [2]. — Donnus abbas Haimericus et commune capitulum Beati Juliani concesserunt Geraudo Rebotello quoddam feveium, apud Bellumloco [3], quod tenebant de comite, in vita tantummodo sua, ita ut per singulos annos

1. Ce texte, fourni par le manuscrit 273 de la Bibliothèque de Vendôme, ne donne qu'une simple analyse de la bulle d'Eugène III. Bien que l'année en laquelle elle fut émise ne soit pas indiquée, nous croyons cependant pouvoir la dater du 16 avril 1148. Son lieu d'émission « Remys » est évidemment Reims, où nous savons que le pape Eugène III séjourna du 11 mars au 18 avril 1148. Il est fait mention de cette bulle dans le *Gallia*, t. VIII, col. 371.

2. Partie inférieure des lettres.

3. Beaulieu, commune de Saunay (Indre-et-Loire).

in octabis Sancti Martini reddat pro eodem feveio xx^ti^ v^que^ solidos denariorum.

Si vero aliquis in eodem feveio reclamare voluerit, adversus omnes homines et mulieres abbas et monachi erunt illi ajutores et defensores ; et si abbas, et monachi feveium superius nominatum defendere ei non potuerint, abbas et monachi reddent Geraudo Rebotel omnia quecunque pro concessione ejusdem fevei dedit.

Istius convencionis sunt ossides : Hainricus et Rainaudus, filius Rainaudi Frambaudi.

Horum testes sunt : Ex parte abbatis et monachorum : Bertrannus, prepositus ; Haimericus Bretello ; Gauterius de Salmuro ; Gaufredus Bigotus ; Gossardus, cocus ; Mazerinus, cocus ; Calvinus ; Aalardus ; Rainaudus Pelegaudus.

Ex parte Geraudo *(sic)* : Radulfus ; Rabinus ; Bartholomeus ; Henricus, prepositus ; Fulcherius.

92. — 1140-1156. — CIROGRAPHE RELATANT COMMENT AIMERY, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, APRÈS AVOIR OBTENU DE LA VEUVE ET DU FILS DU PRÉVÔT HENRI L'ABANDON DE CERTAINS BIENS, LEUR ACCENSA DIVERSES AUTRES PROPRIÉTÉS. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 497. — Imprimé par Salmon, *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. VI, p. 451.)

Cirographum [1]. — Noverint hęc legentes quod donnus abbas Haimericus, Beati Juliani, et monachi ejus, post obitum Hainrici, prepositi, calumpniam intulerunt Haimelinę, uxori ejus, et Hainrico, filio ejus, pro quibusdam possessionibus, quas predictus Hainricus ab abbate et monachis in vita sua tenuerat. Cum igitur pro hujusmodi querela aliquandiu inter eos fuisset altercatio, tandem ad hanc concordiam venerunt, quod predicta Haimelina et filius ejus, in presentia abbatis et monachorum, scilicet in capitulo eorum in pace dimiserunt quoddam molendinum, quod predictus Hainricus in terra Sancti Juliani construxerat, et terram de Foslarde [2], cum pratis et

1. Partie supérieure des lettres au bas du texte.
2. La Feuillarde, commune de Saint-Pierre-des-Corps (Indre-et-Loire).

vineis, terram quoque de Sancto Lupo, scilicet duos arpennos terrę, quę omnia sępedictus Hainricus ab abbate et monachis in vita sua tenuerat.

Concessit preterea idem Hainricus junior, cum matre sua, ut domus lapidea, quam Hainricus, pater ejus, in vico Sancti Juliani construxerat, ad dominium abbatis et monachorum reverteretur, si ipsum sine herede de legitimo conjugio nato, mori contingeret.

Abbas vero et monachi eidem Hainrico et matri ejus cętera, quę Hainricus tenuerat, diligenter concesserunt, ut ea deinceps, quiete et sine aliqua reclamatione, tenerent, reddendo censum aliasque consuetudines, quas ipsę possessiones debent. Pro his hoc modo concessis, fecit idem Hainricus hominium abbati, quatinus ei fidelitatem et reverentiam sicut domino exhiberet.

Huic concordię interfuerunt isti. Ex parte abbatis et monachorum : Galerius ; Gossardus ; Berengerius ; Rainaldus.

Ex parte Amelinę et filii ejus : Gano, decanus ; Herveus, cancellarius ; Teesuinus ; Robertus de Rupibus ; Tebaudus, filius ejus ; Malet, prepositus comitis ; Hubertus Chanel ; Paganus Baillarge ; Leddet ; Philippus Pelota ; Paganus Roillant ; Gaufredus Bostage ; Robertus de Nuziliaco.

Facta sunt hęc eo tempore quo Gaufredus, comes, fecit militem Robertum, fratrem regis Ludovici[1].

93. — 1149-1156. — Abandon fait a l'abbaye de Saint-Julien, par Engebauld de Preuilly, archevêque de Tours, de deux sous de rente que lui devait le prieur de Saunay. — (*Inventaire des titres du prieuré de Sonnay*, Archives d'Indre-et-Loire, H 503.)

Enjobardus[2], venerabilis Turonorum archiepiscopus, dona-

1. Ce document fut incontestablement dressé entre l'avènement du roi Louis VII (1er août 1137) et le décès de l'abbé Aimery (29 janvier 1156) ; mais on ne trouve nulle part l'indication de la date à laquelle les honneurs de la chevalerie furent conférés à Robert de Dreux, frère de Louis VII, par Geoffroy Plantagenet.

2. Engebaud de Preuilly, archevêque de Tours, 1147-1156.

vit ecclesie Sancti Juliani Turonensis, pro salute anime sue, duos solidos pictaviensis monete qui ei ex jure paterno contingebant et per annos singulos reddebantur a priore de Somniaco [1].

94. — 1153, 27 juin, Tours. — Acte relatant l'accord établi entre l'abbaye de Saint-Julien et Aimery de Narbonne. — (Copie, B. N., Dom Housseau, t. V, n° 1756.)

. . . . . . refrigescit multorum caritas et habundat iniquitas necesse est scribi facta modernorum, ut sine controversia veritas rerum gestarum perveniat ad noticiam posterorum.

Igitur ecclesia Sancti Juliani Turonensis quasdam elemosinas de fodio Aimerici de Nerbona tenebat, in diversis locis sitas, habens eas ex dono antecessorum predicti Aimerici et eorum qui de eo fodium tenent, sed de quibusdam earum partibus, videlicet de terra Petri de Sancto Quintino, juxta Bauno [2] sita, et de quarta Gisleberti et reliquo fodio Garini Malecorone, Coordoni [3] contigua, inter monachos predicte ecclesie et prenominatum militem et filium ejus, Mauricium, orta est contentio.

Aiebant enim miles et filius ejus se nunquam monachis eas concessisse ; econtra monachi conabantur asserere se ex eorum concessione easdem tenere. Denique facta est inter eos concordia.

Concesserunt predicti milites monachis, in eorum capitulo, coram pluribus, quicquid de fodio suo ubi ubi tenebant, in pace perpetualiter tenere, seque promiserunt, ut suam propriam terram, fideliter defendere ; quod ut stabilius teneretur, definitum est ut sigillo Enj[obardi], archiepiscopi, firmaretur.

Actum est autem sabbato inter octabas Sancti Johannis Baptiste, luna IIIa, anno quo captus est Supplicius de Ambaziaco ; Henrice, duce Normannorum et comite Andegavorum,

1. Saunay, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
2. Bono, commune d'Athée (Indre-et-Loire).
3. Port-Cordon, commune de la Riche (Indre-et-Loire).

in Angliam transnavigante ; Enjobardo, ecclesie Turonensi presidente ; anno vero Incarnatione Domini M°C°LIII°.

Testes hujus rei : ipse Aimericus ; Mauricius, filius ejus ; Barba de Monte Basone.

95. — 1154, Tours et Echemiré. — NOTICE RELATANT LES DONATIONS FAITES A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR PAYEN D'ECHEMIRÉ. — (Copie parchemin, Archives de Maine-et-Loire, H 5329.)

Instantis temporis malicia exigente, usus perutilis inolevit ut ea que legitima gesta sunt industria modernorum, scriptionis officio transmittantur noticie posterorum.

Hujus rei intuitu presenti cartule curavimus inscribere quod Paganus de Eschimiriaco, Turonus veniens et capitulum athlethe Juliani adiens, monachis ejusdem martiris apud Chimiriacum [1] conversantibus, nemus quoddam, quod ex vicino est situm, et quatuor viis undique terminatum, in elemosinam donavit, et viam, que comitis appellatur, ipsum nemus per medium incidentem, obstrudi precepit, sabuleiam quoque, ipsi nemori contiguam, et plateam leprosi cum orto ipsius eisdem contradidit.

Insuper etiam sextarium siliginis, quod prepositus ejusdem militis a monachis extorquebat, miles prefatus predictis monachis perdonavit.

Duas etiam vini lagenas quas messores frugum ejusdem ex consuetudine requirebant, consueta animi liberalitate, reliquit.

Preterea dimidium terre arpennum, quod Bencelinus, moriens monachis donaverat, concessit. Decimam quoque furni supradictis fratribus contulit.

Pro concessione vero predicta nemoris, prior Eschimiriaci vel ejus ministri in die Transitus Beati Martini, VI denarios pro recognicione persolvet annuatim prefato militi vel ejus heredi, omni alia consuetudine remota.

Acta sunt hec in capitulo Sancti Juliani, anno M.C.LIII ab Incarnacione Domini.

1. Echemiré, canton de Baugé (Maine-et-Loire).

Testes hujus rei : Gaufridus Domer ; Mazelinus, cocus ; Gaufridus, carpentarius ; Tebaudus Girardi et Mauricius, filius ejus ; Guillelmus Bigot ; Gaufridus, nepos abbatis.

Donum autem istud apud Eschimiriacum, in die dominico, coram omni parrocchia communiter celebratum, uxor ejus, Margarita, et Renaudus, filius ejus, et Chavata, mater ejus, atque Ugo, filius ejus, sepedictis monachis libenti animo concesserunt et in perpetuum permanere inconcussum, omni de cetero calumpnia et contradictione postposita, stabilierunt, et, osculo pacis, Gaufredo, tunc priori obediencie, tradito, confirmaverunt.

Presentibus : Ilbugancio ; Guillelmo de Meince ; Luca de Ruseria ; Gaufrido Popinelle ; Bernerio de Bauge ; Juello Luco ; Bernardo Roscia ; Fulchone de Rua ; Frogerio, presbitero, et Pagano, capellano, et Fulcone, diacono ; Chorbino de Rogeio ; Rainaudo Cornu ; Pagano Umbra Asini ; Amorosio et aliis multis.

96. — Vers 1155. — CHARTE DANS LAQUELLE ENGEBAUD, ARCHEVÊQUE DE TOURS, RELATE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE GEOFFROY, FILS DU DOYEN DE BRULON [1], ET LES MOINES DE LA COUTURE [2] ; L'ABBÉ DE SAINT-JULIEN AIMERY EST AU NOMBRE DES TÉMOINS. — (Imprmé *Cartulaire de la Couture*, n° LXXII, p. 68.)

97. — 1156, de février à septembre [3]. — NOTICE PAR LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-JULIEN CONSTATENT L'ABANDON FAIT PAR RAOUL DE BRAY DES DROITS QU'IL PRÉTENDAIT AVOIR EN LA FORÊT DE CHÉDON. — (Copie du XIIIe siècle sur par-

1. Brûlon, chef-lieu de canton de l'arrondissement de la Flèche (Sarthe).

2. La Couture, abbaye O. S. B. au Mans.

3. Cette charte est datée par la présence simultanée de l'archevêque Engebaud, mort le 11 septembre 1156, et de l'abbé Guérin, successeur d'Aimery, lequel décéda un 29 janvier. Pour que Guérin ait été abbé du temps d'Engebaud, il faut qu'il ait reçu la crosse entre février et septembre 1156 et que le décès de son prédécesseur ait eu lieu en cette année 1156, et non en 1157 comme le dit le *Gallia*.

chemin, autrefois scellée sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 483.)

Carta de Chedone et de pratis de Breis [1] *et de pratis de Nistrai* [2] *et de Brunsesneio* [3] *quantum sex asini omni tempore portare poterunt* [4].

Ob multiplicem pravorum malitiam, que modernis temporibus, res bene gestas pervertere molitur, si possit, sin autem versute easdem impugnare non desinit, inolevit perutilis consuetudo, ut, que rite gesta sunt, litteris annotata et posterorum transmittantur noticie et adversus insidias impugnantium subscriptis testibus muniantur; ideo et nos litteris annotare curavimus, quod rite nos egisse cognoscimus.

Dominus igitur Breis [5], Radulfus nomine, adepto paterne hereditatis regimine, cepit nobis calumpniari in foresta de Chedonio hoc quod parentes sui in ea habuerant, quod solum fuit ferarum venatio; hoc autem jus, sive consuetudinem, pater ejus Herchenbaudus Urgerii [5], omni remota consuetudine et violentia, nobis jam primum concesserat a semita Luchuensi usque ad domum monachorum, qui ibi consistunt, concedens ipsum nemus extirpandum, sive excolendum, seu prout conspectui nostro visum foret utilius, tractandum. Verumtamen prefatus miles, ignorans seu dissimulans hoc patris sui donum et concessionem, graviter nos inquietabat, et perdonatam consuetudinem a nobis violenter exigebat.

Nos vero justiciam eidem exibere parati, curiam comitis Andegavensis appellavimus, ex cujus dono jam dictam consuetudinem in predicta nemoris parte tenebamus et tenemus. Statuta igitur die placiti in curiam convenimus utrobique placi-

1. Bray, aujourd'hui Reignac, canton de Loches (Indre-et-Loire).

2. Nitray, commune d'Athée (Indre-et-Loire).

3. Brechenay, forêt qui s'étendait sur les paroisses de Larçay, Véretz, Esvres, Azay-sur-Cher, Ballan, Chambray, Joué, Miré, Athée, Truyes, Cormery, Courçay, Cigogné, Sublaines et Bléré.

4. Au dos, écriture du XIII[e] siècle.

5. Il résulte de ce texte que Raoul de Bray était fils d'Archambaud, fils d'Ulger, que nous avons vu figurer dans plusieurs documents (Cf. ci-dessus, n[os] 69, 82).

taturi. Precipiente autem Gosleno, tunc Andegavis senescaldo, litteras nostras in curiam protulimus, quas venerandi comitis Gaufredi sigillo de perdonatione predicte consuetudinis sigillatas habebamus, quibus diligenter expositis, coram omnibus, causam nostram adversus sepedictum militem, sicut justum fuerat, obtinuimus. Causa tamen pacis [. . .] invicem reformande provisum est ab ipsis judicibus, ut in ipsa curia coram astantibus, quidam [. . .] sacramento firmaret predictum jus concessum nobis esse ab Herchenbaudo, p[atre] sepedicti Radulfi, [in pre]nominata nemoris parte, qui in conspectu ipsius Herchenbaudi juraverant idipsum ab antiquo sic extitisse ; quod et factum est.

Facta igitur concordia, capitulum nostrum adivit miles prefatus, suscipiensque beneficium et fraternitatem ecclesie nostre, ipsam predicti consuetudinem nemoris, sicut ex dono comitis Gaufredi, et antecessorum ejus, patrisque ipsius Radulfi tenebamus ceteraque omnia que de feodo antecessorum suorum possidemus, libere et quiete perpetualiter tenenda concessit.

Hec autem sunt : pratra *(sic)* de Breis et prata de Nistrai, tantumque de Brunsesneio quantum sex asini omni tempore in usus nostros afferre poterunt, quod frater ejus Urgerius, dum obiret, pro monachatu suo nobis concesserat. Insuper etiam concessit illum locum heremi, qui Luzigniacus[1] vulgo dicitur, sicut venerandus comes Gaufredus, Reginaudo heremite, in elemosinam dederat, et a prepositis suis ac forestariis metari ac determinari, metis impositis ac terminis, fecerat.

Ne autem aliqua machinacione in posterum quassari posset Turonensis archipresulis venerabilis, [Angebaudi][2], sigillo communiri fecimus, coram ipso archipresule, ipso Radulfo de Breis presente, et donno Garino, abbate, et Gaufredo, armario.

Testes autem hujus rei sunt isti : ipse Raduldus *(sic)* de

1. Leugny, commune d'Azay-sur-Cher (Indre-et-Loire).
2. La copie porte *Archenbaudi*, ce qui est une erreur, Archembaud ayant été archevêque de Tours de 980 à 1009. Il faut lire *Angebaudi*.

Breis ; Urgerius, nepos ejus ; Lodovicus ; Hubertus, filius ejus ; Rainaudus, filius ejus ; Petrus de Plano ; Urgerius Anguilla ; Fulco Lesot ; Jaguelinus de Pegrole ; Gauterius de Castellogn ; Jaguelinus de Colunbers ; Petrus Buisson ; Gaidon de Breis ; Malotus, prepositus ; Aschon Quoiche ; Paganus Ruillant ; Augerius de Civitate ; Paganus de Chedone ; Girardus de Chedone ; Tebaudus Giraldi ; Rainaudus Belli ; Berengerius Tundu ; Bartholomeus de Colunbers ; Matheus de Mantelenz.

98. — 1156, de février à septembre [1]. — Charte d'Engebaud, archevêque de Tours, confirmant a l'abbaye de Saint-Julien la possession de certaines églises de son diocèse. — (Original parchemin découpé dans le sens vertical en neuf bandes, Archives d'Indre-et-Loire, H 466.)

Ego Eng[elbaldus, Turo]nensis ecclesie humilis minister, omnibus sancte Dei ecclesie fide[libus, tam] presentibus quam futuris in perpetuum. Justicia certa et perpetua voluntas jus suum cuique tribuens, pio caritatis instinctu, unicuique jus suum custodire nos ammonet, et maxime statum [anim]arum corrobore [. . .], qui earum in ministerio constituti sumus vigilanter oportet.

Ecclesie ergo Beati Juliani Turonensis que ex rebus m[. . .]inatis ecclesie et possessionibus fundata est, et ei tanquam membrum capiti coheret, nullatenus debemus detrimenta perferre sed suum sibi servare statum, et possessarum ecclesiarum tenorem devote confirmare.

Illas itaque quas illud predictum beati martiris monasterium in nostra Turonia usque ad tempus ordinationis nostre possedisse cognovimus, ecclesias illas in perpetuum possidendas concedimus et, singularum nominibus subnotatis, nostri sigilli privilegio communimus, precibus Garini, abbatis, permoti. Ecclesia Sancti Dionisii de Ambaziaco [2] ; dimidium

1. En raison de l'intervention dans cette charte de l'archevêque Engebauld et de l'abbé Guérin, on doit lui assigner une date identique à celle de la précédente.

2. Saint-Denis d'Amboise, prieuré simple dépendant de l'abbaye de Saint-Julien.

ecclesie de Dedra[1]; ecclesia de Bliriaco[2]; ecclesia de Brisco[3]; ecclesia de Ciconiaco[4]; ecclesia de Atheis[5]; ecclesia de Montibus[6]; ecclesia de Britiniaco[7]; ecclesia de Sancto Medardo[8]; ecclesia de Ambiliaco[9]; ecclesia de Brechia[10]; ecclesia de Builleio[11]; ecclesia de Valeriis[12]; capella de Sancto Romano[13]; ecclesia de Sancto Antonio[14]; ecclesia de Cancellis[15]; ecclesia de Circellis[16]; ecclesia de Nuzilliaco[17]; ecclesia de Chenuceio[18]; ecclesia de Castro Reginaudi[19]; ecclesia de Sonniaco[20]; ecclesia Sancti Saturnini[21], et quicquid habet predictum monasterium in Castro Novo[22]; prebend[a una in e]cclesia Sancti [Mauri]cii, alia in ecclesia Sancti Martini . . .

99. — 1156, de février à septembre[23]. — CHARTE DE GUILLAUME DE PASSAVANT, ÉVÊQUE DU MANS, ATTESTANT LA REMISE

1. Dierre, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
2. Bléré, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
3. Bray, aujourd'hui Reignac, canton de Loches (Indre-et-Loire).
4. Cigogné, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
5. Athée, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
6. Monts, canton de Montbazon (Indre-et-Loire).
7. Berthenay, canton de Tours-sud.
8. Cinq-Mars-la-Pile, canton de Langeais (Indre-et-Loire).
9. Ambillou, canton de Château-la-Vallière (Indre-et-Loire).
10. Brèches, canton de Château-la-Vallière (Indre-et-Loire).
11. Bueil, canton de Neuvy-le-Roy (Indre-et-Loire).
12. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire).
13. Peut-être Saint-Romain, hameau, commune de Saint-Aignan (Loir-et-Cher), ou Saint-Romain, canton de Leigné-sur-Usseau (Vienne) ?
14. Saint-Antoine-du-Rocher, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).
15. Chanceaux-sur-Choisille, canton de Vouvray (Indre-et-Loire).
16. Cerelles, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).
17. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
18. Chenusson, village de la commune de Saint-Laurent-en-Gâtines (Indre-et-Loire).
19. Châteaurenault, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours.
20. Saunay, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
21. Saint-Saturnin, paroisse de la ville de Tours.
22. Le Châteauneuf, baronnie en la ville de Tours.
23. Comme les deux actes précédents, celui-ci doit être placé entre les décès de l'abbé de Saint-Julien, Aimery, et d'Engebaud, archevêque de Tours.

FAITE AUX MOINES DE SAINT-JULIEN, PAR RICHARD DE LAMBOUL, DE L'ÉGLISE DE SAINT-AIGNAN DE COUPTRAIN, DONT IL S'ÉTAIT EMPARÉ SANS Y AVOIR ÉTÉ PRÉSENTÉ, LA CESSION A VIE MOYENNANT DIX SOUS MANSAIS DE RENTE FAITE AUDIT RICHARD PAR LES MOINES DE LADITE ÉGLISE ET LA CONFIRMATION PAR L'ÉVÊQUE DES ÉGLISES QUE L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN POSSÉDAIT EN SON DIOCÈSE. — (Copie faite sur l'original, B. N., Latin 12677, fol. 189.)

Ego W[illelmus], Dei misericordia Cenomannensis episcopus. Notum sit omnibus Xpistianam professis religionem, querelam que inter monachos Beati Juliani Turonensis et Richardum de Longoboul diu fuerat agitata, eo quod absque eorum presentatione ecclesie Sancti Aniani[1] presbiteratum invassisset, in presentia nostra hoc modo terminatum fuisse.

Presentatio sacerdotis, quam monachi clamabant, asserentes hii bone memorie predecessorem nostrum ad presentationem ipsorum in ecclesia Sancti Aniani sacerdotem posuisse, nobis concedentibus in jus cessit eorum, domini etiam En[gelbaudi], Turonensis archiepiscopi, preveniente rogatu, unde et Richardus prefatam in manu nostra refutavit ecclesiam. Que siquidem ex petitione et monachorum presentatione eidem Richardo illic a nobis data et in pace concessa, hac videlicet conditione ut singulis annis Richardus, velut annuum censum, solidos x eis persolvat, v in festum Omnium Sanctorum et alios v in Pascha. Hoc etiam adjuncto ut monachi, post Richardum, censu abolito, duas partes ecclesie obtineant, tercia parte in sui *(sic)* sacerdotis cedente.

Illud autem de nuptiarum benedictionibus et purificationibus statutum est ut sponsi et sponse oblationes et mulieris cujus fuerit purificatio solius sint sacerdotis. Cetera vero que sequentur tripertito dividentur ita ut tertia pars sacerdoti sine diminutione remaneat. Confessiones autem cum integritate in jus cedent sacerdotis.

De capella etiam de Cupustreyo ad hanc devenere concor-

1. Saint-Aignan, commune de Couptrain (Mayenne).

diam ut monachis ad sacramenta facienda et reliquias exponere et missas inibi celebrare et omnia beneficia accipere liceat, preter duos denarios de benedictionibus judiciorum, qui semper sacerdoti Sancti Aniani ex debito reddantur utpote in eadem capella supposita est ut membrum ecclesie Sancti Aniani.

Ut autem hujusmodi concordia inviolabiliter obtineat firmitatem, sigillo nostro et litterarum munimine eam coroboravimus.

Hoc autem totum factum est presentibus istis quorum sunt hec nomina : Harduinus, decanus ; Bulgericus, precentor ; Philipus, Hugo de Lavarcino, Albericus, archidiaconi ; Sevinus, Eustachius, archipresbiteri ; Landricus, magister scolarum ; Clarus ; Wuillermus de Montesorel, Beati Martini Turonensis precentor. Adjecto etiam quorumdam monachorum testimonio, qui suscripti sunt : Ursio, abbas Culturensis ; Guarinus, abbas Sancti Juliani, sub quo facta est hujusmodi concordia ; Garsilius, Maricius, Guido, Guillelmus, Bernardus, monachi sui.

Preterea ecclesias potestati nostre suppositas quas quiete obtinebant, ne quis perverse mentis super eisdem inquietare eosdem monachos presumeret, eis episcopali auctoritate confirmavimus.

Sunt autem hec : Bellus Mons [1] et capella de Valle Bona [2] ; Marcon [3] ; capella Sancti Licini [4] ; Sanctus Audoenus de Miletia et capella Sancti Petri [5] ; Sanctus Carilelfus de Crenis [6] ; ecclesia de Gevrone et capella Sancti Salvatoris et capella Sancti Martini [7] ; ecclesia Sancti Aniani [8] et capella Sancti Dio-

1. Beaumont-la-Chartre, commune du canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).
2. Vaubouan, commune de Beaumont-la-Chartre.
3. Marçon, commune du canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).
4. Saint-Lézin, áncienne chapelle, commune de Marçon.
5. La Milesse, commune du 2e canton du Mans. — Voir ci-dessus, page 58, note 4.
6. Crennes, commune du canton de Villaines-la-Juhel (Mayenne).
7. Javron, commune du canton de Couptrain (Mayenne). — Voir ci-dessus page 27, note 2.
8. Saint-Aignan, commune du canton de Couptrain (Mayenne).

nisii et capella Beate Marie de Cuputreio[1]; Maignain[2]; ecclesia de Feritate[3] et due capelle, una Sancti Dionisii, alia Sancti Georgii, et quasdam decimas et oblationes quas habent in ecclesia Sancti Mauricii[4].

100. — 1150-1160. — NOTICE DE L'ABANDON PAR PHILIPPE DE BEAUMONT DE SES REVENDICATIONS SUR LE TERRITOIRE DE CHANCEAUX. — (Extrait B. N., Latin 5443, p. 35.)

Promerente primi parentis . . .

Philippus de Bellomonte, in territorio de Cancellis[5], calumpniabatur monachis Sancti Juliani terram quandam et boscum terre contiguum . . .

Dimissa est in manu abbatis [Garini] calumpnia . . .

Testes : Matheus Golafre ; Philippus de Bellomonte ; Paganus Roillant ; Hansant de Caleria ; Renaudus Ripope ; Maingui Cloet ; Radulfus de Cancellis ; Joscelenus de Cancellis.

101. — 1156-1160. — CHARTE DE GUILLAUME DE PASSAVANT, ÉVÊQUE DU MANS, RELATANT L'ACCORD ÉTABLI ENTRE GUÉRIN, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, ET AIMERY DE LA CHARTRE, AU SUJET DU CIMETIÈRE DE MARÇON. — (Original parchemin en mauvais état, Archives d'Indre-et-Loire, H 479.)

Ego Guillelmus, Cenomanensis episcopus, universis catholice ecclesie filiis notum est volumus quia controversia fuit inter Garinum, [abbatem Sanct]i Juliani Turonensis, et Petrum, sacerdotem de Marsone[6], et Aimericum de Carcere.

Abbas namque et sacerdos dicebant quia per minam cimiterii Marsonis suam eis modiationem reddere debebat, Aimerico vero illud negando contradicente. Abbas et Petrus ad

1. Couptrain, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Mayenne (Mayenne).
2. Magny-le-Désert, commune du canton de la Ferté-Macé (Orne).
3. La Ferté-Macé, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Domfront (Orne).
4. Saint-Maurice-du-Désert, commune du canton de la Ferté-Macé (Orne).
5. Chanceaux-sur-Choisille, canton de Vouvray (Indre-et-Loire).
6. Marçon, canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).

sue assertionis probationem faciendam produxerunt testes, quibus jurare volentibus quod antecessores [Aim]erici semper modiationem abbatis et sacerdotis per minam cimiterii, et ipse Aimericus an[te eam...] reddidisset et eam semper reddere debuisset. Factis jam oblationibus Aime[ric. . . . .] sacramenta testibus condonavit et in presentia nostra [modiationem, quam...] eis reddere solitus erat, de cetero per minam, quam ve[. . . . .] in cimite[rio. . .] concessit.

Testibus : Buggerico, cantore ; Ivone, magistro scolarum ; Esgareto, capellano ; Symone de Lochiis ; Aimerico de Mirebello ; Thoma de Peceio ; Buggerico, sacerdote Sancti Johannis.

Ex parte vero abbatis : Petro Sirot ; Guidone Britanno ; Ysaac ; Guillelmo, monachis, et aliis quam pluribus.

102. — Après 1157. — Lettre écrite au roi Louis VII par Joscius, archevêque de Tours, au sujet de l'élection de l'un des abbés de Saint-Julien. — (Imprimé, A. du Chesne, *Historiens de France*, t. IV, p. 641.)

Excellentissimo domno suo Ludovico, Dei gratia illustri Francorum regi, Joscius, Turonensis humilis minister, ab eo salvari qui dat salutem regibus.

Ad regale subsidium, ubi numquam spes nostra confunditur, totiens recurrimus, gloriose Rex noster, quotiens aut regni aut honoris nostri præsentimus læsionem.

Migravit nuper a seculo abbas Sancti Juliani Turonensis [1], cujus monasterium de regali vestro est et nostro fundatum penitus, et nos abbatiam ipsam a vobis specialiter habemus, nullumque habent præter me, et nos advocatum, et ad nos sicut ad principem suum debent de electione sua intendere. Verumtamen de æmulis nostris quidam auribus monachorum instillant aliter, vestræ dignitati et nostræ quod sui est dominii derogantes. Animadvertite igitur, princeps noster, ne quod vestrum est ad alterius transeat principatum. Monachis illis

1. Suivant le *Gallia* (t. XIV, col. 246), cette lettre aurait été adressée par Joscius au roi de France au sujet de l'élection du successeur de l'abbé Amaury, décédé en 1157.

regali præcepto firmiter injungite, quod sicut a fundatione ecclesiæ suæ in omnibus abbatum electionibus Turonensi archiepiscopo semper intenderunt, ita modo intendant, nihilque novi immutare præsumant. Quod si vestro mandato non adquieverint, omnia vestra, sicut decet regem, eis interdicatis regalia, ut et alii qui ad hujusmodi scelus aspiraverunt, de consimili terreantur.

Petimus etiam supplicantes quod, super facto isto, domino Papæ litteras vestras dirigatis, sicut latores præsentium postulaverunt, quorum verbis tanquam fidelium vestrorum vos fidem adhibere supplicamus.

103. — 1158, Orléans. — Lettre par laquelle Henri II, roi d'Angleterre, en sa qualité de sénéchal de France, revendique la garde de l'abbaye de Saint-Julien. — (Imprimé, Baluze, *Miscellanea*, t. IV, p. 486. — Indiqué, L. Delisle, *Recueil des actes de Henri II*, n° 65, p. 518.)

Henricus, rex Angliæ et dux Normanniæ et Aquitaniæ et comes Andegavensis, omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis quod rex Franciæ, Aurelianis, in communi audientia, recognovit quod custodia abbatiæ Sancti Juliani Turonensis ad me pertinet, ex dignitate dapiferatus mei, unde servire debeo regi Franciæ, sicut comes Andegavensis, ita quod archiepiscopus Turonensis nullam habet in ea potestatem, præter episcopalia sicut in ceteris.

His audientibus : Joscio, scilicet tunc Turonensi archiepiscopo ; abbate Sancti Evurcii [1] ; abbate Sancti Benedicti super Ligerim [2] ; Gaufrido et Stephano, capellanis ; Richardo, thesaurario ; Johanne, camerario Vend[ocinense] ; B., fratre regis Franciæ ; Willelmo Sil. ; Ham. ; Roberto de Novoburgo ; Hugone de Cleeriis.

104. — 1158-1160. — Acte par lequel Dadon renonce

1. Saint-Euverte, ancienne abbaye de l'ordre de Saint-Augustin, dans la ville d'Orléans (Loiret).

2, Saint-Benoît-sur-Loire, *alias* Fleury, ancienne abbaye O. S. B., canton d'Ouzouer-sur-Loire (Loiret).

AUX COUTUMES QU'IL PRÉTENDAIT SUR LES TERRES DES MOINES DE SAINT-JULIEN. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 98.)

Post vero[1], evolutis quampluribus annis, prefatus Dado, quod puer adhuc existens fecerat, plenus etate oblitus est, et quod adhuc tener benigne concesserat, jam maturus negare penitus conatus est. Unde jam perdonatas consuetudines pertinaciter requirens sed adipisci minime prevalens, terram imminatus est depredare.

Eapropter, abbas Beati Juliani, Garinus videlicet, et homines ejusdem Sancti, qui dono et concessioni intervenerant quam fecerat Dado cum patre suo apud Sanctum Anianum[2], in curia ipsius Dadonis, convenerunt, hujus veritatem rei libere protestantes et rationibus et sacramentis probare parati. Affuit et Paganus de Capdone, qui sepedicto Dadoni duodecim denarios contulerat gratia hujus concessionis.

Denique auditis rationibus his, adjudicavit curia monachis, quatinus si unus ex illis hominibus, qui concessioni interfuerant, vere extitisse, ut supradictum est, jurejurando probaret, consuetudines predictas et ipsarum calumpnias debere penitus adnullari. Nec mora surrexit quidam Bertet nomine, grandevus quidem et boni testimonii, qui prefate concessionis testem se protulit et in conspectu omnium qui aderant sacramento firmavit.

Itaque consepultis consuetudinibus et calumpniandi in posterum omnimodis occasionibus, abbas cum suis hominibus in sua repedavit, et hujus rei actionem ad posteritatis noticiam litteris commendari precepit.

Subscriptis etiam testibus utriusque partis qui sunt :

Ex parte Dadonis : Haimericus de Angeio ; Goro, miles domni Dadonis ; Petrus de Giem ; Gasfridus, serviens Dadonis.

Ex parte domni abbatis : Atho Coiche ; Gosbertus Lodovici ;

1. Ce document fait suite à un autre que nous n'avons pas.

2. Saint-Aignan, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Blois (Loir-et-Cher).

Arraudus, prefectus de Monte Tricardo[1]; Josbertus, filius ejus; Huo de Bono Rege; Matheus de Atheis.

105. — 1158-1160, Tours et Bueil. — NOTICE DES DONS FAITS A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR GEOFFROY DE BUEIL SURNOMMÉ ESPERON, LORSQU'IL Y PRIT L'HABIT MONASTIQUE. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 481.)

Ad depellendam rerum gestarum oblivionem, plurimum valere cognoscimus usum litterarum et memoriam.

Eapropter, earum officio, posteris manifestamus quod Gaufredus de Builleio[2], cognomento Esperon, divino, ut credimus, amore succensus, capitulum Sancti Juliani Turonensis adiit ultroneus, importune petens et obnixe precans se suscipi et monachum fieri; cujus congrue peticioni et pie devotioni consensum prebuit donnus abbas Garinus, ceteris fratribus assentientibus.

Igitur, impatiens more, predictus Gaufredus sese continuo monachum tradidit, suaque omnia, que de fevo Bovis, militis, et aliorum inibi ubi tenebat eisdem monachis in pace perpetualiter tenenda contradidit.

Hec autem sunt: domus juxta ecclesiam cum cellario et quarterium vinee ante domum, hosca quoque de juxta [. . .], medietas vinee de Buxeria, hosca etiam de Cruce, et terra de Monte Levaudi[3], cum prato ejusdem fevi, arpennumque de fevo beati Martini. Dedit etiam calumpniam quam reclamat in terra Adelermi de Plesseiaco[4].

Ad hujus rei concessionem predictum Bovem de Builleio in capitulo monachorum secum adduxit, qui ea que de fevo suo movebant, ut ab ipso sepedictus Gaufredus libere tenuerat, monachis in elemosinam perpetualiter tenenda concessit.

Pro hac autem concessione ab eisdem monachis LX solidos

1. Montrichard, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Blois (Loir-et-Cher).

2. Bueil, commune du canton de Neuvy-le-Roy (Indre-et-Loire).

3. Molivault, *alias* Montlivault, hameau de la commune de Bueil.

4. Le Plessis, *alias* Le Plessis-Barbe, ancienne châtellenie, commune de Bueil.

ipse Bos accepit, ita [tamen quod] per singulos annos II solidos in servitio et II denarios in censu, eidem persolvant monachi, omni alia consuetudine remota. Pro terra vero de Monte Levaudi et prato eidem terre contiguo illis ad quos pertinet fevum III denarios annuatim reddent et pro arpenno prati de fevo beati Martini IIII^{or} denarios solvent.

Testes hujus rei, ex parte Gaufredi fuerunt subscripti : Boz scilicet ipse ; Henricus de Builleio, presbyter ; Girardus de Malo Dorso, presbyter ; Fulcosus Draibler (?) ; Amauri de Sancto Antonio ; Radulfus Chenart ; Galebrunus, armiger Bovis ; Normannus de Monte Levaudi ; Radulfus Judas ; Eschivaldus de Nouit (?)

Ex parte monachorum : Aimericus Anccel ; Berengerius Tundu (?) ; Bertrannus ; Mazerinus, cocus ; Guito Tebaudus ; Herveus de Sancto Juliano ; Gosbertus Caput Mallei ; Rabaste.

Hoc donum mater supradicti Gaufredi, pro percepto ecclesie beneficio et pro victu sibi dum viveret necessario, sepenominatis monachis concessit et propria manu baculo quodam super altare Sancti Petri apud Buille [1] posito pro juramento, firmavit.

Presente Bove, milite ; Radulfo, pretore ; Henrico, presbitero ; Rabaste ; Guigardo ; Rainaldo, Guigardi filio ; Ogerio Geceri (?) ; Martino Fabri.

Preterea donavit jam dictus Gaufredus, monachis decimam vinee de Buxeria et decimam vinee Radulfi [. . .] et decimam terre de Salamondeia.

106. — 1159. — CHARTE DE GUÉRIN, ABBÉ DE SAINT-JULIEN DE TOURS, RELATANT COMMENT HENRI II, ROI D'ANGLETERRE, L'AYANT MANDÉ PRÈS DE LUI A TOURS, AVEC L'ABBÉ DE LA TRINITÉ DE VENDÔME, AVAIT EN LEUR PRÉSENCE FAIT RECONNAITRE PAR TOUT SON CONSEIL LES DROITS DE L'ABBAYE DE LA TRINITÉ SUR LES TROIS ÉGLISES DE LA CHARTRE. — (Original parche-

1. L'église paroissiale de Bueil est dédiée à saint Pierre. Suivant Carré de Busserolle (*Dictionnaire*, t. I, p. 461), elle fut donnée à l'abbaye de Saint-Julien en 1108 par Hugues de Vaux, seigneur de Bueil.

min, Archives du Cogner, H 17. — Imprimé *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, t. II, p. 413, n° DLVI, d'après une copie faite sur l'original de l'abbaye de Vendôme, scellé sur lacs de soie rouge du sceau en cire blanche de l'abbé de Saint-Julien, B. N., Latin, 5.419ᴬ, f° 103. — Indiqué, L. Delisle, *Recueil des actes de Henri II*, n° 95, p. 520.)

Actus hominum transeunt in momento et omnia delet antiquitas, ideoque quod tenaciter volumus observari, litterarum noticię commendavimus.

Notum sit igitur tam futuris quam presentibus quod, cum super capellis de Carcere[1], Sanctę Marię scilicet et Sancti Vincencii et Beati Nicholai, inter abbacias Sancti scilicet Juliani Turonensis et Sanctę Trinitatis Vindocinensis, questio agitata diutius extitisset, dominus Henricus, rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, utriusque abbacię utilitati cupiens providere, ut diutine liti finem imponeret, in capella sua Turonus, me Garinum, abbatem Sancti Juliani, et Robertum, Vindocinensem abbatem, vocavit, ibique, rationibus utriusque partis diligenter exquisitis et inspectis, consilio ipsius domini regis Anglorum et episcoporum qui cum eo erant, Philippi, scilicet Baiocensis[2], Ernulfi Lexoviensis[3], Rotroci Ebroicensis[4], et religiosarum personarum, Philippi, abbatis Elemosine[5], et Fulconis de Laureorio[6] abbatis, et baronum Roberti de Novoburgo, Normannie senescalli, et Gosleni Andegavensis senescalli, et Ugonis de Sancta Maura, et Hugonis de Cleeriis, et Brienn[i] de Martin[iaco] et aliorum plurium virorum sapientium, inter nos abbates et abbacias nostras facta est pax in hunc modum : quod

1. La Chartre-sur-le-Loir, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Saint-Calais (Sarthe). Cf. p. 109, note 1.

2. Philippe d'Harcourt, évêque de Bayeux, 1142-1164.

3. Arnould, évêque de Lisieux, 1141-1181.

4. Rotrou de Beaumont-le-Roger, évêque d'Évreux, 1139-1165.

5. L'Aumône, *alias* le Petit-Cîteaux, ancienne abbaye de l'ordre de Cîteaux, commune de la Colombe (Loir-et-Cher).

6. Le Louroux, ancienne abbaye de l'ordre de Cîteaux, commune de Vernantes (Maine-et-Loire).

Robertus, abbas Vindocinensis, et ejus abbacia, prenominatas capellas de Carcere, sine reclamatione et absque contradictione aliqua, et omnino quiete de cetero possideret.

Fuit insuper et statutum quod ego Garinus, abbas Sancti Juliani, et Robertus, abbas Vindocinensis, in capitulo Beati Juliani conveniremus ut prefata pax ibidem cum assensu tocius capituli firmaretur. Convenimus itaque nos abbates ; venit et Hugo de Cleeriis, loci domini regis Anglorum, et ibi iterum pax firmata est, universo capitulo nostro consenciente et annuente, et concessimus omnes, tam ego Garinus, abbas Sancti Juliani, quam monachi [nostri quod i]n capellis pretaxatis nichil amplius clamaremus.

Testibus his, qui prefate compositioni ex parte nostra interfuerunt : ego Garinus, abbas Sancti Juliani ; Phillipus, prior ; [Petrus] Sirot ; Guido Brito ; Teobaldus Gilonis ; Symon de Carcere ; Bernardus Crevansterram ; Girbertus, elemosinarius ; Guillelmus Tipes ; Guillelmus Herbute ; Robinus, cantor ; Matheus de Marsun ; Herveus, succentor ; Gauterius de Chedun ; Lambertus de Carnotis ; Gosbertus, cellerarius ; Robinus parvus ; Guillelmus de Buul ; Guido ; Andreas ; Philippus juvenis ; Vallinus ; Harduinus ; Stephanus Tortus.

Ex parte vero abbacie Vindocinensis : ipse Robertus, abbas Vindocinensis ; Petrus Daniel, Guillelmus Mesnil, sui monachi, et clerici isti : Bartholomeus, decanus Beati Mauricii Turonensis ; Gillebertus, cantor ; Goslenus, cellerarius ; Bartholomeus, prepositus de Sodobria [1] ; magister Philippus ; magister Garnerius ; Frodo de Sancto Antonio ; Albericus, nepos cellerarii ; Matheus de Sancta Maura ; Magister Rainardus ; Theobaldus.

Laici vero hi : Algerus Faciens Malum ; Johanes Lemoz[inus] ; Odo Mainer[ius] ; Ernaldus de Asneriis ; Burcardus de Comis ; Salomon, frater ejus ; Sirotus.

Ex utraque parte : Hugo de Cleeriis, missus a domino rege Anglorum, et cum eo : Maletus de Rupibus ; Andreas de Taxin[eria].

1. Suèvres, canton de Mer (Loir-et-Cher).

Ut autem pax ista firma et illibata perpetuis in temporibus permaneret, sigillum nostrum presenti pagine apposuimus.

Pace autem sic formata et firmata, carta ista in capitulo Sancti Juliani recitata est, universo capitulo audiente et annuente.

Hujus recitationis testes sunt : ego Garinus, abbas, et capitulum nostrum, et Robertus, abbas ; Bartholomeus, decanus, et Goscelenus, cellerarius ; magistri Philippus, Garnerus, Ugo Peloquin, Frodo, Albericus, Teobaldus, canonici Beati Mauricii.

Actum est anno ab Incarnatione Domini M°C°L°IX°, presidente romano pontifice Adriano IIII° ; regnantibus Ludovico, rege Francorum, et Henrico, rege Anglorum et duce Normannorum et Aquitanorum et comite Andegavorum ; Joscio [1], Turonensi metropolitano ; Guillelmo, Cenomannensi episcopo.



Sceau de l'abbé de Saint-Julien de Tours, d'après le dessin du manuscrit latin 5.419^{A}.

107. — 1159. — Confirmation par Joscius, archevêque de Tours, de l'accord survenu entre les abbayes de Saint-

1. Joscius, archevêque de Tours, 1156-1173.

JULIEN DE TOURS ET DE LA TRINITÉ DE VENDÔME, AU SUJET DES ÉGLISES DE LA CHARTRE. — (Imprimé, *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, t. II, p. 417, nº DLVII, d'après une copie faite sur l'original de l'abbaye de Vendôme, scellé sur lacs de soie rouge, scel perdu, B. N., Latin 5.419^A, fº 111.)

Ego Joscius, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus presentibus et posteris in perpetuum.

Litterarum noticia, fida memorie famulatrix et geste rei simulacrum, ad exterminandas perfidorum calumpnias, ad veritatis prevalet testimonium. Quia igitur bonum opus obscurum non amat et celebre factum formidat silencium, inter abbatiam Sancte Trinitatis Vindocinensis et Sancti Juliani Turonensis abbatiam super capellas de Carcere, Sancte scilicet Marie, Sancti Vincencii, Sancti Nicholai, diu habitam contentionem novimus et noticie universorum transmittimus ad pacem et concordiam perpetuo perductam.

Garinus siquidem abbas et universus Sancti Juliani conventus in suo capitulo predictarum capellarum reclamationem et omnem contentionem, Roberto, Vindocinensi, et suis monachis presentibus, penitus dimiserunt easque predicte Vindocini abbatie perpetuo possidendas concesserunt.

Nos itaque, inspectis Garini, abbatis Sancti Juliani, et sui conventus scripto et sigillo ad testimonium prestitis, certificati etiam per monachos, Girbertum, scilicet elemosinarium, et Gauterum, ex parte ipsius Garini, abbatis, ad nos missos, atque hanc testificantes concordiam, instructi et per canonicos ecclesie nostre qui interfuerunt Bartholomeum scilicet decanum, Gillebertum, cantorem, Goslenum, cellerarium, magistrum Philippum, Garnerium, Frodonem, Albericum, Matheum, Theobaudum, eandem concordiam approbantes, scripti et sigilli nostri presentia communivimus, et de cetero inviolabilem omnino esse et perpetuo mansuram statuimus nostro in capitulo.

Presentibus : Teonino, archidiacono ; Gisleberto, cantore ; Herveo, cancellario ; Gosleno, cellarario ; Johanne, archidia-

cono; Nicholao, Radulfo, presbiteris; Fromundo, Unibaudo, Hugone Peloquini, Frodone, Theobaudo, canonicis, et multis aliis.

Data per manum Hervei cancellarii, Raginaudo, hujus carte scriptore.

Actum anno ab Incarnatione Domini MCLIX, presidente Romano pontifice Adriano IIII, regnantibus Lugdovico, rege Francorum, Henrico, rege Anglorum et duce Normannorum et Aquitanorum et comite Andegavensi, Guillelmo, Cenomanensi episcopo.

108. — 1159, 4 mai, Latran. — BULLE DU PAPE ADRIEN IV, CONFIRMANT L'ACCORD CONCLU ENTRE LES ABBÉS DE SAINT-JULIEN ET DE LA TRINITÉ, AU SUJET DES ÉGLISES DE LA CHARTRE. — (Imprimé, *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, t. II, p. 418, n° DLVIII, d'après *Bullarium sive Privilegia Sancte Trinitatis de Vendôme*, manuscrit 4.264 de la bibliothèque de sir Thomas Philips, f° 40.)

Adrianus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Roberto, abbati, et universo Vindocinensi capitulo, salutem et et apostolicam benedictionem.

Cum omnibus Sanctæ Ecclesiæ filiis debitores ex injuncto nobis apostolatus officio existamus, illis tamen locis atque personis nos convenit caritatis studio propensius annuere quæ ad Sanctam Romanam Ecclesiam specialius noscuntur pertinere.

Hujus utique rei gratia, vobis vestrisque successoribus concedimus perpetuo possidendum quidquid monasterio vestro, liberalitate regum vel principum seu quorumlibet oblatione fidelium, datum est vel a vobis vel ab antecessoribus vestris juste noscitur acquisitum.

Ad hæc concordiam quæ inter vos et dilectum filium nostrum Guarinum, ecclesiæ Sancti Juliani Turonensis abbatem, in ejusdem cenobii capitulo facta est de capellis de Carcere, prima Beatæ Mariæ, secunda Sancti Vincentii, tercia Beati Nicholai, authoritate apostolica confirmamus, decernentes ut nulla cujuslibet potestatis persona eam audeat retractare, aut

pro eisdem ecclesiis vobis aut successoribus vestris aliquam calumniam præsumat inferre.

Præterea, authoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli præcipimus ut, infra banleugam prædicti castri, nullus omnino hominum ecclesiam sive capellam ædificare audeat sine assensu Vindocinensis abbatis. Quum predecessor noster bonæ memoriæ Innocentius papa quamdam capellam quam Amiotus presbiter in ejusdem castri territorio ædificare præsumpserat distrui fecerit, et ne deinceps alia infra banleugam ædificaretur sub anathemate prohibuerit, et nos, eisdem vestigiis inherentes, ne illud deinceps præsumatur similiter prohibemus.

Datum Laterani, quarto nonas maii.

109. — [Acte suspect] 1160, Lions. — CHARTE PAR LAQUELLE HENRI II, ROI D'ANGLETERRE, CONFIRME AUX MOINES DE SAINT-JULIEN LA POSSESSION DES BIENS QUE LEUR AVAIT DONNÉS GUILLAUME LE CONQUÉRANT. — (Copie, B. N., Latin 12.677, f°s 193-194, et Archives du Calvados, registre A., 151, f°s 3-7. — Indiqué, L. Delisle, *Recueil des actes de Henri II*, n° 99, p. 520[1].)

In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis.

Ego H[enricus][2], rex Anglorum et dux Normanie et Aquitanie, et comes Andegavie, concedo et in perpetuam eleemosinam confirmo et authoritate mei sigilli communio quecumque in Normania possident monachi Sancti Juliani Turonensis, ex dono et assensu Willelmi, ducis et comitis Normanorum et postea regis Anglorum, aliorumque plurium, sicut propriis

1. M. L. Delisle (*op. citat.*, p. 317) pense que ce vidimus est faux ou falsifié, en raison des locutions tout à fait contraires au langage officiel qui s'y rencontrent ; de l'invocation *In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis* mise en tête ; du titre *Henricus Dei gratia rex*, et de la date de temps et de lieu, *Acta sunt hæc anno milesimo centesimo sexagesimo, etc.*, placée immédiatement avant la liste des témoins qui contient plusieurs noms étrangers à la maison royale. Il y a là, conclut M. L. Delisle, un ensemble d'anomalies trop graves pour être justifiées.

2. Dans le manuscrit latin 12.677 se trouve la formule *Dei gratia* signalée par M. L. Delisle, qui n'existe pas sur la copie des Archives du Calvados.

eorum verbis ex veteribus monachorum cartulis in presenti carta translatum et subscriptum est :

[Ici le texte du nº 29].

Præterea concedo et confirmo eisdem monachis quiete et libere in perpetuum possidendum quicquid apud Aenerias [1] in terris et decimis aliisque rebus in elemosinam possident, et quæcumque in terris similiter ac decimis apud Mevaniam [2] tenent ex dono Huberti de Ria de Willelmi de Brittonio, similiter et ea quæ possident in elemosinam apud Fresseneium [3]. In hunc modum etiam concedo atque confirmo sepedictis monachis in pace et quiete possidenda quæcumque in elemosinam tenent [apud] Belloium et Bellevade [4], et Jaiel [5] et Hablovillam [6]. Hæc omnia ut supra dicta sunt perpetua pace tenenda sepe dictis monachis in elemosinam concedo.

Acta sunt hæc anno milesimo centesimo sexagesimo ab Incarnatione Domini, apud Leuns.

Testes hujus rei : Philipus, episcopus Baiocensis ; Th[omas], cancellarius regis ; Willelmus, filius Hamonis ; Manass[eus] Bisset ; Chap.

Præsentibus : Garino, abbate ; Guidone, bajulo ; Arcado, Runcevillæ priore.

De famulis : Teobaudo Girardi ; Rabaste ; Goseno.

110. — 1160. — Acte par lequel Hubert « Ungrini » vend a Guérin, abbé de Saint-Julien, la moitié de la terre qu'il possédait au fief de Ratier d'Azay. — (Copie, B. N., Latin 12.677, fol. 199.)

Anno ab Incarnatione Domini M.C.LX, Hubertus Ungrini de Trens medietatem terræ suæ, quam de fevo Raterii de Azaio tenebat, vendidit Guarino, abbati, et monachis Sancti Juliani

1. Asnelles, canton de Ryes (Calvados).
2. Meuvaines, canton de Ryes (Calvados).
3. Saint-Côme-de-Fresné, canton de Ryes (Calvados).
4. Bellou-en-Houlme, canton de Messei (Orne), et Bellou-sur-Huisne, canton de Rémalard (Orne).
5. Giel, canton de Putanges (Orne).
6. Habloville, canton de Putanges (Orne).

Turonensis, eo pacto ut, si abbas et monachi impetrare possent assensum dominorum illorum de quibus Hubertus eam terram tenebat, ipse aliam medietatem quam sibi retinebat de prefato abbate et monachis teneret eisque servitium redderet quod pro eadem terra dominis suis ante venditionem reddere consueverat. Si vero monachi dominorum assensum impetrare non valerent, Hubertus per totam terram, sicut solebat, serviret ; monachi vero pro medietate quam emebant Huberto solitum servitium impenderent.

111. — Vers 1160, 19 janvier, Tusculum. — Bulle du pape Alexandre III confirmant aux moines de Saint-Julien tout ce qu'eux et leurs hommes avaient acheté a Vallières. — (Analyse, B. N., Latin 12.677, f° 202.)

Alexander III quasdam terras et vineas ab abbate et monachis Sancti Juliani Turonensis comparatas, seu ab hominibus eorum de Valeriis, auctoritate apostolica confirmat.

Datum Tusculani XIIII kalendas februarii.

112. — 1165, Cormery. — Notice de l'accord établi entre Geoffroy Isoré et les moines de Saint-Julien au sujet de la possession de l'Orme-Saint-Sulpice. — (Copie, B. N., Baluze 77, p. 103, et Latin 12.677, fol. 200.)

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXV, facta est hæc pacis concordia inter Gaufredum, abbatem Sancti Juliani, et Joffridum Isore.

Idem enim Joffridus calumniabatur abbati et monachis terram de Ulmo Sancti Sulpicii [1], quam terram Goffredus de Azeio diu injuste possessam, pro monachatu Schalonis, fratris sui, eis reddiderat, et tres solidos census et tres denarios dederat, quos similiter calumniabatur, asserens et terram et censum de fevo suo esse ; quod nec verum erat nec verisimile. Diu itaque super hac re altercatum est.

Tandem, stabilito die, in curia constituti, abbas testes suos exhibuit homines de terra illa, qui parati fuerunt sub sacra-

1. Saint-Sulpice ou l'Ormeau, commune de Chambourg (Indre-et-Loire).

mento astruere prænominatam terram nec ad Joffridum Isore nec ad alium Goffredum, qui eam reddiderat, pertinere, sed semper Sancti Juliani fuisse sicut aliam terram de Miseriis[1].

Videns autem Joffridus quod in his per rectum nichil posset adquirere, perdonatis sacramentis, pace facta cum abbate, totam calumniam de censu et de terra dimisit et insuper quicquid monachi de fevo suo in die illa tenere videbantur eis in perpetuum concessit.

Acta sunt hec in villa Cormaricense[2], in præsentia Hervei, prepositi de Lochis[3].

Testes hujus rei : Sulto, prior de Monte Basonis[4] ; Marcus de Ciconiaco ; Rainaldus Major ; Petrus Buissum ; Robertus, clericus de. . . . . ; Garinus de Miseriis ; Anglicus, famulus abbatis.

113. — 1145-1187. — ACCORD ENTRE L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN ET GUILLAUME LE VENEUR, CHEVALIER, AU SUJET DU DROIT DE PATRONAGE DE L'ÉGLISE DE SAINT-AIGNAN DE COUPTRAIN. — (Copie faite sur l'original, B. N., Latin 12.677, f° 190.)

Guillelmus, Dei gratia Cenomannensis episcopus, universis fidelibus, salutem.

Notum fieri curavimus quod, cum inter abbatem et monachos Beati Juliani Turonensis et Guillelmum Venatorem, militem, super jure patronatus ecclesie Beati Aniani de Corposten[5] contencio verteretur, tandem partes ille, coram nobis constitute, in hanc formam compositionis convenerunt.

Predictus Guillelmus quicquid juris in ecclesia illa se dicebat habere predicto abbati et monachis Beati Juliani in perpetuam elemosinam, pia consideratione, dedit et concessit, et eos elemosina illa cum libro coram nobis investivit, prestito

1. Mézières, commune de Dolus (Indre-et-Loire).
2. Cormery, canton de Montbazon (Indre-et-Loire).
3. Loches, chef-lieu d'arrondissement (Indre-et-Loire).
4. Montbazon, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
5. Saint-Aignan, commune du canton de Couptrain (Mayenne).

sub presentia nostri juramento quod ipse, ne[c] per se nec per alios, eosdem monachos super elemosina illa de cetero inquietaret.

Nos ergo, compositionem illam ratam habentes, ut fidelius conservetur, eam litteris annotari et sigillo nostro fecimus communiri.

Huic rei interfuerunt : magister Bernardus, capellanus ; Amauricus, clericus ; Brochart Machefer, canonicus ; Petrus de Marson ; Philipus Osteler ; Guillelmus de la Cele ; W. de Champgenostes ; Stephanus, prior de Feritate ; Herbertus, prior de Corputen ; Johannes de Lombool ; Guillelmus Le Fir ; Ode Bele ; Renaut les Ros ; Herbert de Crenes ; Hugo de Vileres ; Gales Venator ; Robert Gondoin ; Herbert Gode ; Richar Fanbeel ; Renul, decanus ; Fulco de Chevengne et multi alii.

114. — 1157-1183. — Cirographe par lequel l'abbé de Saint-Julien donne le bail viager de la vigne de la Pile a Garnier, neveu d'Hervé, prieur de Saint-Mars. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 498.)

Cirografum [1]. — Notificetur omnibus hoc presens scriptum legentibus quod ego, G. [2], Beati Juliani Turonensis abbas, totusque fratrum nostrorum conventus, assensu et voluntate Hervei, prioris Sancti Medardi [3], dedimus et in capitulo nostro concessimus Garnerio, nepoti ipsius Hervei, vineam nostram de Pileis [4], ut eam, quamdiu vixerit, habeat et possideat.

De ipsa autem vinea prior obediencie Sancti Medardi singulis annis quartam partem habebit. Post mortem vero supradicti Garnerii, ipsa vinea cum fructu in ejus et possessionem monachorum ex integro reddibit.

1. Partie inférieure des lettres.
2. Cette charte peut également être attribuée à Guérin, Geoffroy I, Guillaume II, Geoffroy II, dont les noms commencent par la même initiale et qui furent abbés de Saint-Julien de 1157 à 1182.
3. Saint-Mars, *modo* Cinq-Mars-la-Pile, canton de Langeais (Indre-et-Loire).
4. La Pile, hameau, commune de Cinq-Mars-la-Pile (Indre-et-Loire).

115. — 1170. — NOTICE DU DON FAIT A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR JEAN MILET DE SAINT-MARS. — (Original parchemin, Bibliothèque de Tours, manuscrit 1278, f° 257.)

Anno ab Incarnacione Domini M°C°LXX°, XV° [regni] Henrici, regis Anglorum, Johannes Mileti de Sancto Medardo dedit nobis dimidium arpennum prati, situm juxta prata nostra de Sancto Medardo, secus viam.

Hoc concessit Helias de Grislemunt, de cujus feodo jam dictum pratum erat, et Ildeardis, uxor ejus.

Presente : Bartholomeo, domino de Sancto Medardo, et Daniele, et Petro de Perronai, et Simone, Garini abbatis nepote, monachis nostris, et Hugone de Portu, et Nicholao, presbytero de Valeriis, et Johanne Bochet, et Lamberto Passegue et aliis multis.

116. — 1171. — NOTICE DE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE BARTHÉLEMY DE SAINT-MARS ET LES MOINES DE SAINT-JULIEN AU SUJET DES DIMES DE LA VARENNE. — (Copie du XVIe siècle sur parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 498.)

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo septuagesimo primo, orta est contentio inter monachos Sancti Juliani et Bartholomeum, dominum Sancti Medardi, de decima Varenae [1], quam Harduinus, avus suus, Sancto Juliano dederat ad victum monachorum servientium ibidem, et de decima molendino[rum] et portus, quas, tempore patris sui Andreæ, monachi quiete et libere tenuerant. Ipse vero, consilio depravatus, decimam illam Varenæ calumniatus est, asserens eam non ab avo suo sic fuisse datam, sed de agris tantummodo qui tunc culti erant, [et] de incultis et insulis sibi retinuisse ; quod omnino falsum erat. Decimam autem molendinorum et portus [. . .] emendarum et molendinorum reficiendorum auferebat, quod Barsilius, illius obedientiæ prepositus, non ferens, diu cum eo super hec placitavit.

Tandem, per Dei voluntatem, prenominato Bartholomeo mediante, in se reversus, culpam suam recognoscens, cum

1. La Varenne, commune de Cinq-Mars-la-Pile (Indre-et-Loire).

ipso priori in capitulum venit, ibique, pro animæ suæ parentorumque suorum salute, omnem decimarum calumniam in manu venerabilis abbatis guerpivit, non solum de Varena, sed etiam de insulis adjacentibus, et, ut brevius dicam, de tota terra sua Sancti Medardi, de culta et inculta, decima vero molendinorum et portus ita eis plane concessa, ut monachi in molis emendis vel molendinis reficiendis nec in eis quæ portui sunt necessariis emendis nihil omnino amittant, sed sine aliqua contradictione decimam partem semper accipiant. Pro hac concessione dedit eciam prefatus Bartholomeus octo libras de habere Sancti, et sic illa contentio finita est.

Ad hanc pacis concordiam fuerunt :

[Ex parte] ejus : Petrus de Magniaco ; [. . .] prepositus ; Johannes Paletus ; Gervasius Cordicus ; B. Picaut.

Ex parte monachorum : Petrus Gaufridus, elemosinarius ; Philippus de Cartis (?), cantor ; Stephanus Gollenus, præpositus ; Tebaudus Abbas ; Tugles ; Rainaldus de Milecia et multi alii.

117. — 1183, janvier. — Lettre de Geoffroy, abbé de Saint-Julien, exposant sous quelles conditions Bernard « Boisum » et sa femme se sont donnés au monastère. — (Copie, B. N., Latin 12.677, f° 201.)

Gaufridus, abbas Sancti Juliani Turonensis, totusque conventus, notum facit quod Bernardus Boisum, cum uxore sua, ad se venientes, deprecati sunt ut in consortium et ecclesie Sancti Juliani beneficium reciperentur, quod ipsis concessum [est].

Venientes igitur in capitulum cum quibusdam amicis suis, dederunt se Deo et Sancto Juliano et simul xl libras variis terminis persolvendas... ea lege ut, si filii eorum vel filiæ emptione acquisita habere voluerint vel habita in vadimoniis, tertia pars ecclesiæ Sancti Juliani reddetur ab ipsis.

Si vero dictus Bernardus monachus esse voluerit, cum parte possessionis suscipietur. Si autem in laicali habitu mortuus fuerit, facta de suis rebus rationabili eleemosyna, cum eo tanquam cum donato agetur.

Uxor etiam ipsius, eo mortuo, si voluerit nubere poterit. Post mortem vero ejus, quæ habuerit ad Sanctum Julianum redibunt.

Si vero ad Sanctum Julianum venire voluerit, ei tanquam sorori providebitur : ædificabitur siquidem ei domus intra Sanctum Julianum de proprio sumptu ejus, de qua quidem domo et vinea reddet viginti solidos singulis annis.

Actum anno ab Incarnatione Domini M.C.LXXX.II... kalendas februarii.

118. — 1164-1205. — DONATION PAR GUILLAUME DU HOMMET, CONNÉTABLE, AUX MOINES DE SAINT-JULIEN, DU DROIT DE PRÉSENTATION DE L'ÉGLISE D'ASNELLES. — (Copie, Archives du Calvados, registre A 151, f° 360.)

Universis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis presentibus et futuris ad quos præsens scriptum pervenerit, Willelmus de Humeto, connestabellarius domini regis, salutem.

Noverit universitas vestra quod ego, pietatis intuitu, omnem reclamationem quam in presentatione ecclesiæ de Aneire[1] clamabant in pace dimisi et quietam clamavi de me et heredibus meis Deo et Sancto Juliano de Turonis et monachis ibidem Deo servientibus.

Et ut hoc ratum et inconcussum in posterum permaneat, præsentem cartam sigilli mei munimine roboravi.

Testibus hiis : dominis Henricus[2], Baiocensis *(sic)* episcopo ; Hugo, Baiocensis *(sic)* archidiacono ; Rogerio Bouet, cancellario ; Henrico, precentore ; Silvestro de Sillavilla ; Wilellemo de Puttot ; Engerio de Cardunivilla ; Ric[ardo] de Camera et multis aliis.

119. — 1164-1205. — LETTRES DE HENRI, ÉVÊQUE DE BAYEUX, CONFÉRANT LA CURE D'ASNELLES A NICOLAS, CLERC DE LENGRONNE. — (Copie, Archives du Calvados, registre A 151, f°s 361-362.)

Henricus, Dei gratia Baiocensis episcopus, omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem.

1. Asnelles, canton de Ryes (Calvados).
2. Henri II, évêque de Bayeux, 1164-1205.

Noverit universitas vestra quod nos ecclesiam de Aneriis, cum omnibus pertinentiis suis, dilecto filio nostro Gregorio, Baiocensi archidiacono, authoritate consilii Lateranensis, in perpetuum contulimus possidendam : abbas etenim Sancti Juliani Turonensis, ad quem advocatio dictæ ecclesiæ dinoscitur pertinere, ex quo vacans et libera per sex menses et eo amplius, ad præfatam ecclesiam nobis tam personam quam vicarium distulit presentare.

Ad presentationem vero dicti G[regorii], archidiaconi, eadem authoritate, Nicolaum, clericum de Langerona[1], eidem ecclesiæ perpetuum instituimus vicarium, præfato G[regorio], nomine totius ecclesiæ, decem libras andegavensium singulis annis redditurum, videlicet : ad festum Sancti Michaelis quatuor libras andegavensium, ad Purificationem Beatæ Mariæ sexaginta solidos andegavensium, ad Ascensionem Domini sexaginta solidos andegavensium. Et propter hoc, idem tenetur episcopalia jura persolvere.

Ut igitur hoc firmum et stabile permaneat in posterum, presenti[s] scripti munimine et sigilli nostri appositione duximus roborare.

120. — 1184, Saint-Loup-lès-Tours. — CHARTE PAR LAQUELLE BARTHÉLEMY, ARCHEVÊQUE DE TOURS, DONNE A MAINIER, ABBÉ DE SAINT-FLORENT DE SAUMUR, LE DROIT DE PATRONAGE ET DE PRÉSENTATION SUR L'ÉGLISE DE SAINT-SULPICE DE CHATEAU-NEUF A TOURS. — (Copie, *Livre rouge de Saint-Florent de Saumur*, Archives de Maine-et-Loire, f° 33. — Imprimé par Salmon, *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. VI, p. 452.)

Ego Bartholomeus[2], Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus tam futuris quam presentibus, notum vobis facio quod, constitutis in nostra presentia Guillelmo, cantore Beati Martini Turonensis, qui jus patronatus habebat in ecclesia Sancti Sulpicii de Castro Novo, et Philippo, ejusdem ecclesie

1. Langrune-sur-Mer, canton de Douvres (Calvados).
2. Barthélemy de Vendôme, archevêque de Tours, 1174-1206.

decano, et Haemelino, fratre ejus, magistro scolarum, ad quos patronatus ejusdem ecclesie debebat post decessum prefati cantoris hereditario jure devolvi, ipsi tres jus illud eligendi presbiterum in eadem ecclesia resignaverunt spontanei in manu nostra.

Et nos idem jus electionis et presentationis ad precem et petitionem predictorum patronorum, venerabili abbati Mainerio et monasterio Sancti Florentii Salmuriensis [1] in perpetuum dedimus et concessimus, cum assensu ecclesie dilectorum filiorum Gaufridi, archidiaconi Turonensis, et Johannis, archipresbiteri, salvo in omnibus jure ecclesie Turonensis et jure presbiteri ejusdem ecclesie.

Quod ut ratum futuris temporibus illibatumque permaneat, hoc ita factum auctoritate nostra et sigilli nostri impressione fecimus communiri.

Astantibus et audientibus : Johanne, tresaurario ecclesie nostre ; Petro, cancellario ; Raginaldo, capellano nostro ; Petro Andegavensi ; Johanne Aurelianensi ; Roberto, matriculario ; Johanne, priore Cunaldi [2], fratre predicti abbatis ; Petro, sacrista Sancti Florenti ; Theobaldo Manerii, canonico Condatensi [3] ; Isembardo, presbitero Sancte Crucis [4] ; Raginaudo Meschini ; Pagano Castinelli ; Bartholomeo de Montibus ; Johanne Ermenardi ; Pagano Ermerardi ; Radulpho de Fulquis ; Fuberto de Fulquis ; Nicholao Egelardi ; Gaufrido de Cormarico ; Petro Pegris ; Petro Aimari ; Petro Vaslini ; Raginaudo, capellano de Sancto Loantio [5], et aliis multis.

Actum hoc anno ab Incarnatioue Domini M°C°LXXX°IV°, in ecclesia Sancti Lupi extra civitatem.

Data per manum Petri, cancellarii.

1. Saint-Florent, abbaye O. S. B. en la ville de Saumur (Maine-et-Loire).
2. Cunault, ancien prieuré, commune de Trèves-Cunault (Maine-et-Loire).
3. Cande, ancienne collégiale, canton de Chinon (Indre-et-Loire).
4. Sainte-Croix, paroisse de la ville de Tours supprimée le 28 janvier 1782.
5. Saint-Louand, ancienne paroisse réunie à la commune de Chinon par décret du 24 juin 1792.

121. — 1185, 15 avril, Rennes. — Accord fait entre Geoffroy de « Noalli », prieur de Saint-Cyr de Rennes, et Geoffroy de la Guerche et ses frères. — (Copie, B. N., Latin 12.677, f° 200.)

Compositio facta inter Gaufridum de Noalli, priorem Sancti Cyrici Redonensis [1], et Gaufridum de Guirchia et fratres ejus, super quibusdam exactionibus, quas hi requirebant ab hominibus prioris, quas hic eis deberi negabat.

Effervescente contentione, cum quadam die Guirchenses gallinas per vicum Sancti Cyrici quærerent et violenter raperent, Gaufridum de Noalli, priorem, sibi resistentem, verberaverunt et in capite vulneraverunt.

Querelis ad comitem Britanniæ et ad archiepiscopum Turonensem delatis, compositio tandem inter partes facta est, eo pacto ut Gaufridus et fratres ejus cœnobium Sancti Cyrici cum omnibus appendiciis ejus liberum et quietum dimitterent, quod super altare Sancti Petri Redonensis juraverunt. Prior vero spopondit se redditurum eis decem solidos redonensis monetæ et tria tasia minutæ avenæ singulis annis, et pro bono pacis manuum injectionem et sacrilegium quod in eum perpetraverant, quantum in ipso erat, dimisit.

Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini M.C.LXXX.IIII in die Parasceve, in capitulo Redonensi ; G[aufrido], comite Britanniæ ; Herberto, electo Redonensi [2], qui eam compositionem litteris suis probat et confirmat, in quibus tamen seipsum vocat episcopum Redonensem quamvis nondum consecratus esset. Eamdem etiam iisdem litteris probat cum episcopo Redonensi, G[ervasius] Beati Melanii abbas, et uterque sigillo suo communit. Eamdem demum litteris suis confirmat G[aufridus], Henrici, regis Anglorum, filius, dux Britanniæ, comes Richemundi, eisdem die et anno, præsentibus : Radulfo de Fulgeriis ; episcopo Venetensi, G[uethenoco] [3] ; electo Macloviensi [4], et aliis.

1. Saint-Cyr-lès-Rennes, commune de Rennes (Ille-et-Vilaine).
2. Herbert, évêque de Rennes, 1184-1198.
3. Guetenocus, évêque de Vannes, 1182-1222.
4. Pierre Giraud, évêque de Saint-Malo, 1184-1218.

« Ego vero, addit dux, quia res de feodo meo est, hoc manu capio et sigilli mei munimine confirmo. »

122. — 1185, 19 avril, Rennes. — Acte par lequel Geoffroy de la Guerche et ses frères renoncent a leurs prétentions sur le prieuré de Saint-Cyr de Rennes. — (Copie, B. N., Latin 5.443, p. 125.)

Universis . . .

Herbertus, Dei gratia Redonensis ecclesie episcopus, . . . nec non et G[ervasius], Beati Melanii abbas, . . . notum fieri volumus quod diu controversia fuit . . . inter priorem Sancti Cirici et Gaufridum de Guirchia et fratres ejus . . .

Dicebant Guirchenses se jure hereditario singulis annis debere habere decem solidos de prandio super hominibus in vico Sancti Cirici manentibus, ct quod prior debebat stare ad justiciam in curia eorum . . . Gaufridum de Noalli, tunc priorem verberarunt . . .

Verum tamen in hunc modum pacis convenerunt . . . Gaufridus de Guirchia et P. et J., fratres, ab omnibus et hiis et aliis exactionibus . . . cenobium Sancti Cirici de se et suis heredibus absolverunt et quietum dimiserunt . . .

Actum anno Domini MCLXXXIV die Parasceve, in capitulo Redonensi ; Gaufrido, comite Britannie ; Herberto, electo Redonensi.

His videntibus : . . . Willelmo de Montegermont.

De militibus : Roberto de Apineio ; Pagano de Fonteneio ; Conano de Campania ; Gaufrido Brienti ; Jocelino et Radulfo de Fonteneio ; Johanne Maini.

Sigillo episcopi Herberti Redonensis et capituli Beati Petri, et sigillo Sancti Melanii curavimus sub cyrographo muniri.

123. — 1185, 19 avril, Rennes. — Ratification de l'acte précédent par Geoffroy, duc de Bretagne. — (Copie faite sur l'original scellé en cire rougeâtre sur lacet de soie jaune passé, B. N., Latin 5.443, p. 128.)

Ego G[aufridus], Henrici regis Anglie filius, dux Britannie, comes Richemondie, notum facio . . . quod diu contro-

versia fuit inter priorem Sancti Cirici et Gaufridum de Guirchia et fratres ejus . . . Dicebant Guirchenses, etc.

Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini MCLXXXIV die Parasceve, in capitulo Redonensi.

Hec compositio coram nobis recitata fuit, presentibus his : Radulfo de Fulgeriis ; episcopo Venetensi, G[uethenoco] ; P[etro], electo Macloviensi ; Rollando de Dinan ; W. de Loheac ; Jalm . . . de Castro Gironis ; R. d'Apigné ; Richardo Gemello ; R. Pincart ; M. de Bain ; Girone ; W. de Montegainiot ; P., tornatore ; B., salnerio ; G., medico, per manum cujus tradita fuit carta.

Ego vero, quia res de feodo meo est, hoc manu capio et sigilli mei munimine confirmo.

124. — 1186, février. — Charte de Barthélemy, archevêque de Tours, attestant l'abandon fait par l'abbé de Saint-Julien, au curé de Nouzilly, d'une maison et d'une vigne situées près de la chapelle de Saint-Avit. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 489.)

Bartholomeus, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus ad quos littere iste pervenerint salutem.

Noverit universitas vestra quod dilectus noster P. [1], abbas Sancti Juliani, Gos[. . .], presbytero de Nuzileio [2], domum quandam quam juxta capellam Sancti Aviti et vineam que est domui illi proxima dedit et concessit omnibus diebus libere et sine contradictione aliqua possidendam, sub certa et annua pensione decem solidorum, et ex illis tenetur ipse reddere annuatim quinque solidos in Natali Domini et alios quinque in festivitate Sancti Juliani.

Promissum est et concessum quod predictus presbyter res

1. L'abbé de Saint-Julien dont le nom a pour initiale la lettre P est peut-être Philippe II, successeur de Geoffroy II, lequel vivait encore en 1183. Le *Gallia* (t. XIV, col. 247) ne fait remonter l'abbatiat de Philippe qu'à 1195, mais il semblerait résulter de ce document qu'il était en charge dès le début de l'année 1186. Il est aussi possible qu'entre Geoffroy et Philippe ait existé un abbé dont le nom commençait par la lettre P.

2. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).

illas in bono statu conservaret et quod post exitum vitte ejus domus illa cum omni supellectili et [. . .]lea ad abbatem Sancti Juliani sine aliqua diminutione revertentur.

Ut autem hoc ratum et inconcussum posset permanere, et ut materia litigandi eis penitus auferretur, ad petitionem utriusque partis, auctoritate sigilli nostri confirmavimus, multis personis presentibus.

Presentes fuerunt isti : Gaufredus, archidiaconus ; Johannes, archipresbyter ; magister Bartholomeus de Haia ; Gilbertus de Basilica et multi alii.

Factum est hoc anno ab Incarnatione Domini M°C°LXXX^{mo}V^{to} mense februario.

125. — 1183-1200. — Lettres de Henri, évêque de Bayeux, qui, sur la présentation de l'abbé de Saint-Julien, confère la cure de Meuvaines a Richard, clerc du diocèse de Tours. — (Copie, Archives du Calvados, registre A 151, f°s 393-394.)

Henricus, Dei gratia Baiocensis episcopus, omnibus Christi fidelibus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos, ad presentationem P, venerabilis abbatis Sancti Juliani Turonensis, et ejusdem loci monachorum conventus, recepisse Richardum, clericum Turonensem, ipsumque instuisse personam ecclesie de Mevana [1] ut eam possideat in perpetuam elemosinam, cum omnibus ad altagium pertinentibus et cum decima de Marrona [2] in integrum.

Dictus autem clericus, nomine annue pensionis, reddet abbati et conventui dicti monasterii in medio quadragesime annuatim quindecim solidos cenomanensis monete.

Et ut id ratum perseveret in posterum, presentis scripti testimonio et sigilli nostri munimine confirmamus.

Testibus : magistro Racin, cancellario ; Henrico, precentore

1. Meuvaines, canton de Ryes (Calvados).

2. Maromme, hameau de la commune de Meuvaines, où il se trouvait, avant 1789, une chapelle sous le vocable de saint Léonard.

Baiocensi; Frode, archidiacono Baiocensi; Henrico de Aneriis, presbitero; Roberto de Aneriis, presbitero, et pluribus aliis.

126. — 1183-1200 [1]. — CIROGRAPHE PAR LEQUEL L'ABBÉ DE SAINT-JULIEN CÈDE A RENAUD, CLERC, LES REVENUS QUE POSSÉDAIT L'ABBAYE EN LA PAROISSE DE SAINT-CYR-[EN-PAIL]. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 495 [2].)

Cirografum [3]. — Quicumque hoc presens scriptum viderint sciant pro certo quod ego, P., Beati Juliani abbas, et totus fratrum nostrorum conventus, amore Dei, Rainaudo, clerico, filio Godfredi Rufi, concessimus redditus nostros quos habemus in parrochia Sancti Cirici, ad quadraginta solidos monete turonensis in beati Martini hiemalis festivitate annuatim persolvendos.

Concessimus etiam ei terram que fuit Michaelis, eo pacto ut in eadem terra domos construat et quatuor boves ad eam excolendam de proprio suo querat, et primum semen de suo seminet.

Prior vero de frugibus mediam partem habebit et ex illa die

1. Cette charte pourrait être attribuée ou à Pierre, qui fut abbé entre 1160 et 1167, ou à Philippe II, qui occupa la même charge en 1195, ou encore à un abbé inconnu ayant vécu entre 1183 et 1195. Nous pensons qu'elle est postérieure à 1183 en raison de la présence du témoin *Pelerinus, capellanus de Jravone* lequel était un contemporain de Juhel II, seigneur de Mayenne de vers 1184 à 1220 (Cf. abbé Angot, *Dictionnaire de la Mayenne*, t. II, p. 818), et de Guillaume du Tenet, qui figure en 1198 à la fondation ou plutôt à la confirmation du prieuré de Montguyon (Voir ci-dessous nº 130 et Guyard de la Fosse, *Histoire de Mayenne*, nº XII). Elle est en tous les cas antérieure à l'année 1200 en laquelle paraît Rainaud II.

2. Au dos de l'original sont inscrites trois notes de différentes époques : la première du XIVe siècle, *Sirographum de quadam concessione redditaum quos habemus in parrochia Sancti Cirici ad XL solidos ;* la seconde du même temps, mais d'une écriture différente, *Saint Cire près Tours ;* et la troisième du XVIIIe siècle, *Saint-Cyr du Maine*. La paroisse dont il s'agit est Saint-Cyr-en-Pail, canton de Pré-en-Pail (Mayenne), où Saint-Julien possédait un prieuré et le droit de présentation à l'église paroissiale. Le témoin Pèlerin est en effet un chapelain de Javron, localité voisine de Saint-Cyr-en-Pail, et Hamelin des Chapelles semble être de la paroisse des Chapelles, anciennement du doyenné de Javron.

3. Partie supérieure des lettres au bas du texte.

prior mediam partem mittet, et in servicio erga dominos faciendo, et in seminibus, et in boum restauracione.

Clericus, pro tanto beneficio a nobis sibi benigne collato, in prefata villa nobis grangiam de propriis sumptibus faciet ad decimas nostras recipiendas et colligendas.

Hec autem omnia, eo decedente, vel beneficium ecclesie promisse, que ad minus quinquaginta solidos monete turonensis ad firmam valeat, recipiente, con bobus et cum seminibus factis et universa supperlectili, in pace nobis remanebunt.

Testibus : Stephano, priore; Andrea, elemosinario; Robino, sacriste; Philippo, hospitulario; Guillermo, priore de Nuzile; Herberto Clenchardo; Gauterio de Sile; Pelerino, cappelano de Iravone; Hamelino de Capellis; Hernulfo, et multis aliis.

127. — 1183-1200[1]. — Accord entre l'abbé de Saint-Julien de Tours et A. Droart. — (Original parchemin, dont il ne reste que trois fragments, Archives d'Indre-et-Loire, H 955.)

Ego, P., Dei gratia Beati Juliani [Turonensis] abbas, totusque ecclesie nostre conventus, omnibus qui hoc presens scriptum vid[erint no]tum fieri volumus quod, cum contencio diu habita fuisset inter nos et A. Droart [. . .] Pelorsin, quam jure hereditario reclamabat, tandem, in presencia domino[rum ar]chidiaconi et J. archipresbyteri constitu[. . .] qui mandatum [. . . . .] licebit. De suo vero quod voluerit faciet.

Testes ex parte laici : W., presbyter de Charantill[eio[2]]; Gislebertus, clericus archidiaconi; Johannes, clericus archipresbyteri.

Ex parte nostra : Philippus, hospitularius; Petrus de Brechia; Rag[inaldus], armarius, et alii plures clerici et laici.

1. Nous donnons à cette charte la même date qu'à la précédente, parce que dans l'une et dans l'autre figure le même témoin, l'hôtelier de Saint-Julien, Philippe.
2. Charentilly, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).

128. — 1183-1200[1]. — Cirographe qui relate la part de ses biens que Bernard de Beaumont, se faisant moine a l'abbaye de Saint-Julien, avait réservée a W., son fils. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 479.)

Cirographum[2]. — Quando Bernardus de Bellomonte dedit se Beato Juliano, de rebus suis dedit W., filio suo, cum assensu abbatis et capituli, ad illas consuetudines quibus B[ernardus] eas tenuerat, unam domum quam emerat in villa de Bellomonte[3], et unum apenticium ubi porci ejus jacebant, et dimidium arpennum vinee de Sotlalier, et logias et rocam que sunt justa pressorium prioris, et unum morsellum vinee qui est justa vineam Hugonis Pinel, et medietatem osche de molendino, et pratum de Maladeria, et duas pecas terre quarum una est de feodo nostro ad Vallem Boanam[4].

Preterea sciendum est quod, [si] sine herede mortuus fuerit, hec omnia in propriam possessionem monachorum Beati Juliani Turonensis absque ulla contradictione revertentur.

Et ut hoc firmum maneat, P., abbas Sancti Juliani, donum istud sigillo suo confirmavit.

129. — 1183-1200. — Cirographe qui relate la part de ses biens que Bernard de Beaumont, en se faisant moine a l'abbaye de Saint-Julien, avait réservée a son fils Pierre. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 479.)

Cirographum[5]. — Quando B[ernardus] de Bellomonte dedit se Beato Juliano, de rebus quas habebat dedit Petro, filio suo, assensu et voluntate abbatis et capituli, ad illas consuetudines quibus illas B[ernardus] ante tenuerat, videlicet grangiam que est juxta domum Michaelis Berenger, et logiam et vineam de Coperer, et terram suam de Valle Guillelmi, et medietatem osche de molendino, et unum quarterium prati

1. Dans l'impossibilté de préciser la date de ce document et du suivant nous leur assignons celle des deux actes précédents.
2. Partie supérieure des lettres au bas du texte.
3. Beaumont-la-Chartre, canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).
4. Vaubouan, commune de Beaumont-la-Chartre (Sarthe).
5. Partie supérieure des lettres au bas du texte.

ad Vallem Boanam justa Le Hevilen, et alterum morsellum ad Spinetum.

Sciendum tamen est quod, si sine herede eum mori contigerit, supradicta omnia in propriam possessionem monachorum Beati Juliani Turonensis sine aliqua contradictione revertentur.

Et ut hoc firmum maneat, P., abbas Sancti Juliani, pactionem istam sigillo suo confirmavit.

Ortum eciam dedit ei justa Ledortill.

130. — 1184-1200 [1]. — NOTICE DU DON FAIT A L'ABBAYE SAINT-JULIEN PAR ROBERT D'ORGÈRES EN SE FAISANT MOINE. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 35.)

Noverint et presentes et futuri quod Robertus de Orgeriis, cum se in monachum dedisset, dedit in perpetuam elemosinam ecclesie Beati Juliani Turonensis et monachis ejus quicquid in feodo Sancti Martini hereditario jure possidebat.

Hugo autem de Orgeriis [2], ejusdem Rotberti heres, hanc eandem donationem fecit et concessit.

Ego enim, Juhellus de Meduana, in cujus dominio eorum hereditas sita est et constructa, illi donationi acquievi et sigilli mei munimine roboravi.

Interfuerunt : J[uhellus] de Meduana ; R., decanus ; Gaufredus de Thenet [3] ; Herbertus de Monte Focant [4] ; Peregrinus de Gavron [5].

131. — 1200, Amboise. — ACCORD FAIT ENTRE ROBERT DE BRENNE, SEIGNEUR DES ROCHES, ET LES MOINES DE SAINT-JULIEN, AU SUJET D'UNE BÊTE DE SOMME QUE LES MOINES DEVAIENT FOURNIR AUDIT SEIGNEUR DES ROCHES. — (Copie, B. N., Dom Housseau, VI, nº 2.147. — Imprimé, Carré de Busserolle, *Dictionnaire d'Indre-et-Loire*, t. II, p. 104.)

1. Cette charte où figure Juhel II de Mayenne a du être émise après 1184 (Voir ci-dessus, p. 153, note 1). Elle semble par ailleurs antérieure au XIIIe siècle.
2. Orgères, commune du canton de Couptrain (Mayenne).
3. Le Tenet, commune de Madré (Mayenne).
4. On trouve un fief de Montfoucault, commune de Melleray (Mayenne).
5. Ce personnage est le chapelain de Javron *Pelerinus, capelanus de Iravone*, qui est témoin d'une charte publiée ci-dessus, nº 126.

Robertus de Brenna, dominus de Rupibus [1], omnibus ad quos presentes litteræ pervenerint, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod contencio vertebatur inter me, ex una parte, et abbatem et monachos Sancti Juliani Turonensis, ex altera, eo quod ego quemdam summarium quem de domo monachorum de Cancellis [2] accipere consuevi quando submonitus fuerim de exercitu comitis Andegavorum, cum ipsum summarium semel accepissem, tempore quo dominus rex Franciæ terram dicti comitis obtinebat [3], reddere contradicebam, asserens mortuum esse summarium in servitio domini regis et quod ad restitutionem summarii non tenebar, si tamen summarii auriculam priori de Cancellis ad testimonium obtulissem, et, cum opus comitis me urgeret, iterum alium summarium de eadem domo reciperem ; econtra abbas et monachi proponebant quod, non nisi ad opus comitis Andegavorum, ab ipsa domo summarium poterat exigere, et, cum ab illo opere reverteretur statim aut saltem in sequenti die sanum et cum omni apparatu ad eamdem domum de Cancellis per nuncium suum remittere tenebatur.

Cum autem super his diucius litigatum fuisset, tandem, Deo volente, apud Ambaziam [4], coram Sulpicio, domino ejusdem castri, in hanc pacis concordiam devenimus, quod ipse Robertus, pro summario illo quem dicebat esse mortuum, mihi Raginaudo, tunc abbati Sancti Juliani Turonensis, et monachis nostris, scilicet. . . reddidit unum palefredum et per frenum nos saisivit coram Sulpicio, domino Ambaziæ, et multis aliis tam clericis quam militibus et aliis laicis.

Et ita statutum est quod quociens idem Robertus vel successores sui summarium, sicut dictum est, ad opus comitis Ande-

1. Rochecorbon, canton de Vouvray (Indre-et-Loire).

2. Chanceaux-sur-Choisille, canton de Vouvray (Indre-et-Loire).

3. Par traité signé à Paris en janvier 1194, pendant la captivité du roi Richard Cœur de Lion, son frère Jean sans Terre avait cédé à Philippe-Auguste la ville de Tours et les places de Montrichard, Amboise, Loches, Montbazon, Châtillon-sur-Indre et Buzançais.

4. Amboise, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).

gavorum receperit, statim, in sequenti die postquam de exercitu fuerit reversus, summarium sanum cum omni apparatu priori de Cancellis restitueret. Quod si mortuus fuerit summarius vel debilitatus corpore, alium ab abbate et monachis vel a prædicta domo non recipiet de Cancellis donec equivalentem summarium ipse vel successores sui nobis et dictæ domui restituerit.

Nos autem L libras quas nobis reddere tenebatur pro dapmno quod gens Sulpicii, domini Ambaziæ, in domo nostra de Cancellis et in hominibus nostris, tempore guerrarum fecerat, pro defectu custodiæ suæ, ei benigne, pro bono pacis, dimisimus, in curia jam dicti Sulpicii, domini Ambaziæ.

Apud eumdem castrum, anno M.CC, multis videntibus et audientibus...

132. — 1182-1218. — Donation faite au prieuré de Chateau-Bourdin par Hugues l'Archevêque, seigneur de Parthenay, du consentement de sa femme Damète et de leur fils Guillaume. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 482.)

Omnibus tam modernis quam posteris ad quorum audienciam vel presenciam presens pagina pervenerit, Hugo Archiepiscopus, dominus Partiniaci[1], salutem et amorem.

Presencium apicibus et sigilli mei testimonio cunctis innotescat quod ego dedi Deo et Beate Marie de Castello Bordin[2], pro salute et remedio anime mee et parentum meorum, duas solidatas panis semper in singulis septimanis monachis ejusdem loci reddendas, quas reddet qui vendam meam de pane recipit.

Hujus autem rei testes sunt : Michael Doriders, qui tunc vendarius erat ; Johannes Pomerins ; Meschinus, magister scolarum Partiniaci ; Fulcardus, sacerdos ; Johannes de Molendino, sacerdos ; Willelmus Mindofles.

1. Parthenay, chef-lieu d'arrondissement (Deux-Sèvres).

2. Notre-Dame de Château-Bourdin, prieuré dependant de l'abbaye de Saint-Julien de Tours, commune de Saint-Pardoux, canton de Mazière-en-Gâtine (Deux-Sèvres).

Hoc concesserunt D[ameta], uxor mea, et Wilelmus, filius meus, videntibus et audientibus : eodem Meschino, magistro scolarum, et Fulcardo, sacerdote, et Johanne Pomerin, et Willelmo Mindofle, et P. Bernardi.

133. — 1203, 19 août, Tours. — CHARTE D'HAMELIN DE RORTHRES, PAR LAQUELLE, DU CONSENTEMENT D'AGATHE, SA FEMME, ET D'HUGUES, SON FILS, IL FAIT UNE DONATION AU PRIEURÉ DE BEAUMONT-LA-CHARTRE POUR L'ENTRETIEN D'UN TROISIÈME MOINE. — (Original parchemin jadis scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 479.)

Ego, Hamelinus de Roorta [1], miles, omnibus presentem paginam inspecturis notum facio quod ego, amore Dei, pro remedio animee mee et Agathes, uxoris mee, et parentum et antecessorum et successorum nostrorum, donavi in perpetuam elemosinam ecclesie Sancti Juliani Turonensis, ad opus prioratus de Bellomonte de Carta [2], decimam molendini mei in ipsa parrochia siti, et similiter decimam omnium molendinorum, si qua forte in eadem parrochia contingeret a me sive ab heredibus meis fieri, vel emi, vel quocumque modo possideri. Molendinarii vero priori de Bellomonte juramento tenebuntur quod decimam suam ei fideliter reddant.

Item decimum denarium de toto pasnagio nemoris mei in dicta parrochia siti. Si vero contingeret me vel heredes meos pastum dicti nemoris retinere propriis porcis pascendis, decimum porcum possunt ibi monachi ponere pascendum, sicut et proprii porci mei vel heredum meorum pascentur. Et si contingeret dictum nemus vel partem ejus redigi ad culturam, decimam bladi seu vini quod inde perciperetur eorum esset.

Item cum antiquitus consuevissent percipere monachi memo-

1. Rorthres, ancienne paroisse du diocèse du Mans, rattachée, en 1822, à la commune d'Epeigné-sur-Dême (Indre-et-Loire). Sur Hamelin de Rorthres, qui commanda à Tours, au nom de Guillaume des Roches, sénéchal d'Anjou, voir : Abbé H.-R. Vaucelle, *La collégiale de Saint-Martin de Tours,* pp. 177-178.

2. Beaumont-la-Chartre, canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).

rati duodecimam partem in bladis et vinis de terra mea in dicta parrochia sita et non decimam, quia visum fuit mihi decimam juste pertinere ad sortem Domini, successorum levi usibus profuturam, concessi eis in perpetuum ut de tota terra mea quam habeo in parrochia prenotata, in omni genere bladi et tocius fructus unde solet prestari decima et in omni vino, decimam partem integre habeant, facturi de ea quicquid voluerint, sive colligendo per quemcumque voluerint, sive adcensando cuicumque voluerint, et ille qui de mandato eorum colliget sive recipiet ibit ad ipsum locum garbarum antequam amoveantur ab agro et numerabit garbas, provisurus ut suam decimam legitime habeat, similiter ad vineas et pressoria poterit accedere tempore vindemiarum et fiet ei conputacio de omni vino ut sciat fideliter, sive per tallam seu per scripturam, se habere legitime decimam partem.

Item dedi eis unum arpentum vinee in Valle Hunaudi [1], quam vineam, cum prius tenerem ad VI denarios de censu pro servicio a Gaufrido de Marsone, feci quod idem Gaufridus concessit eis eamdem vineam quitam sine servicio, sine censu et sine redibicione quacumque.

Similiter donavi eis terram Hevilen et unum quarterium et dimidium de prato, et unum stallum in foro de Carta [2] situm, et VI denarios in alio stallo in eodem foro sito, ita quod ista terra et pratum et stallum cedent in perpetuum ad usus luminariorum altaris ubi servietur a quodam monacho, qui adcrescet duobus in predicto prioratu.

[Simi]liter donavi eis unum quarterium vinee quod habebam intra vineas eorum.

Preter hec omnia obligavi me et heredes meos ad adquirendum eis, sive per emptionem, sive per ali[um. . . . .]di modum C solidos[. . . . .]uos in redditu aperto, sine questione, sine

1. Boishunault, autrefois de la commune de Marçon, annexé à La Chartre par décret du 25 novembre 1908. Ce lieu est nommé Vau-Hunauld dans un acte du XVII[e] siècle.

2. La Chartre-sur-le-Loir, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Saint-Calais (Sarthe).

calumpnia, pro qua adquisicione facienda tradidi eis LX[ta] libras devolvendas in emptione, prout visum fue[rit . . .], dicta sum[ma. . .] te eorum deposita est nullo modo tollenda a loco ubi est deposita donec empcio facta sit, pro qua sit numeranda.

Volui autem, concessi et ordinavi in perpetuum ut nullus heredum meorum pro be[neficio pre]notato, quod pure donavi eis a solo Deo retribucionem expectans, exigat a prioratu de Bellomonte vel ab monasterio Sancti Juliani procuracionem, vel hospicium, vel censum, vel servicium, vel justiciam, vel munus aliquod temporale.

Abbas autem et capitulum dicte ecclesie Sancti Juliani concesserunt mihi et heredibus meis quod, preter duos monachos qui consueverunt deservire in prioratu de Bellomonte, intuitu beneficii hujus, pro remedio anime mee et uxoris mee Agathes et parentum et antecessorum et successorum nostrorum, ordinabunt ibi et exibebunt in perpetuum tercium monachum, qui singulis diebus, preterquam in festis majoribus in quibus non solet celebrari pro defunctis, officium pro fidelibus defunctis celebrabit, salva tamen excusacione legitima cum eam habuerit.

Hanc donacionem concessit Agatha, uxor mea, pro se et pro Hugone, meo filio parvulo.

Et ut in posterum fideli memoria reservetur et in perpetua maneat firmitate, presenti scripto feci eam fideliter annotari et sigilli mei apposicione signari.

Actum publice Turonis, in capitulo Sancti Juliani, sub testimonio et consciencia Raginaldi, tunc ejusdem monasterii abbatis; Mathei, prioris ; Gaufridi, subprioris ; Petri, hospitularii ; Hugonis, elemosinarii ; Mainardi, sacriste ; Raginaudi, bajuli ; Hamelini, cellerarii ; magistri Guillelmi Socrates ; Alermi, canonici de Gastineta[1], fratre[2] meo ; Johanne de Mar-

1. Gastines, abbaye de l'ordre de Saint-Augustin, commune de Villedomer (Indre-et-Loire).

2. Peut-être sous entendu *Presentibus*, et cependant la ponctuation, qui paraît très nette, indique malgré la syntaxe : *Alermi, canonici de Gastineta, fratre meo ; Johanne de Marsun.*

sun; Guillermo de Nielfa (?); Gaufrido de Marsun; Guidone de Gastinel; Petro, clerico, fratre ejus.

Anno Incarnati Verbi M° CC° III°, mense augusti, in Decollacione Sancti Johannis Baptiste.

134. — 1203, 22 novembre. — APPROBATION DE LA DONATION D'HAMELIN DE RORTHRES PAR BARTHÉLEMY DE VENDÔME, ARCHEVÊQUE DE TOURS. — (Copie, B. N., Latin 5.443, p. 88.)

B[artholomeus], Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus . . .

Innotescat quod dilectus filius Hamelinus de Roorta, miles, pro sua suorumque salute, Xpistum in parte rerum suarum volens heredem relinquere, in presentia nostra, dedit dilectis filiis abbati et monachis Sancti Juliani Turonensis quasdam possessiones, redditus et libertates, que in ipsius abbatis et suo plenius continentur auctentico, ut in prioratu eorumdem monachorum apud Bellum Montem prope Cartam, ubi tantum duo solebant deservire monachi, tertius in perpetuum maneat monachus, in remissionem peccatorum ejusdem Hamelini et A[gathe], uxoris sue, et parentum eorum, qui missam celebret pro defunctis singulis diebus, exceptis majoribus festis . . .

Nos ad petitionem Hamelini et abbatis et monachorum . . . donationes beneficiorum hinc inde collatorum, sicut in eorum habentur auctenticis plenius annotate, ratas habuimus . . . sigilli nostri munimine . . .

Anno gratie MCCII, X kalendas decembris.

135. — 1206. — CHARTE PAR LAQUELLE PHILIPPE DE REMMEFORT DONNE A L'ABBÉ GIRARD ET AUX MOINES DE VILLELOIN [1] LA CHAPELLE DE VOU [2], QUE SON PÈRE ÉTIENNE, SÉNÉCHAL D'ANJOU, AVAIT CONSTRUITE; RENAULD, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, EST UN DES TÉMOINS. — (Imprimé, *Cartulaire de Saint-Sauveur de Villeloin*, n° XLVIII, p. 71.)

136. — 1206, 11 octobre, Latran. — BULLE DU PAPE

1. Villeloin, abbaye O. S. B., commune de Villeloin-Coulangé (Indre-et-Loire).
2. Vou, canton de Ligueil (Indre-et-Loire).

Innocent III par laquelle le pape, ayant appris que l'ancien abbé de la Couture[1], Robert, avant sa suspense, avait, en violation des décrets du concile de Latran, conféré par avance des bénéfices non vacants et constitué sur eux des pensions, charge G[eoffroy], abbé de Marmoutier, [Renaud], abbé de Saint-Julien, et [Jean], prieur de Saint-Cosme de Tours[2], de faire exécuter sa bulle du 30 novembre 1205, portant annulation des collations ainsi faites. — (Imprimé, *Cartulaire de la Couture*, nº clxxxix, p. 149.)

137. — 1206, après le 11 octobre. — Lettre par laquelle G[eoffroy], abbé de Marmoutier, R[enaud], abbé de Saint-Julien, et J[ean], prieur de Saint-Cosme, informent Guillaume Guengnart, chanoine de Poitiers, qu'ils ont appris que l'évêque de Nantes avait entrepris de le mettre en possession d'une pension a lui attribuée sur les biens de l'abbaye de la Couture en violation des décrets du concile de Latran, et qu'ils ont mission de faire exécuter la décision du pape Innocent III déclarant nulles les collations de cette nature. — (Imprimé, *Cartulaire de la Couture*, nº cxci, p. 150.)

138. — 1207, avant le 10 août. — Lettre par laquelle G[eoffroy], abbé de Marmoutier, R[enaud], abbé de Saint-Julien, et J[ean], prieur de Saint-Cosme, somment Guillaume Guengnart, chanoine de Poitiers, de se désister de toute instance contre l'abbaye de la Couture pour se faire mettre en possession d'une rente de 50 livres que lui avait assignée l'ancien abbé Robert, en violation des décrets du concile de Latran, et l'assignent a Tours pour le lendemain de la Saint-Laurent. — (Imprimé, *Cartulaire de la Couture*, nº cxc, p. 150.)

139. — 1207, 24 octobre. — Confirmation par Geoffroy de la Lande, archevêque de Tours, de la donation faite a

1. Saint-Pierre de la Couture, abbaye O. S. B., au Mans.
2. Saint-Côme, prieuré, commune de la-Riche-extra (Indre-et-Loire).

Renaud, abbé de Saint-Julien, par Péan Chesère et Geoffroy, son fils ainé, de tous leurs droits sur le lieu de la Harrouère. — (Original parchemin, autrefois scellé sur cordonnet de soie rouge et jaune, Archives d'Indre-et-Loire, H 473.)

Gaufridus [1], Dei miseratione Turonensis archiepiscopus, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod Paganus Chesere, miles, et Gaufridus, filius suus primogenitus, coram nobis venientes quitaverunt et in perpetuam elemosinam dederunt Raginaldo, abbati, et ecclesie Sancti Juliani Turonensis, quicquid juris habebant in terra de Harieria [2], de qua contentio erat inter eos, et fide prestita in manu nostra firmaverunt quod, per se nec per alium, de cetero in eadem terra de Harieria vel ejus pertinentiis aliquid reclamabunt, sed pro posse suo eam ecclesie Sancti Juliani et monachis garantizabunt. Et, sicut nobis insinuavit dilectus noster Guillelmus archidiaconus, hoc concesserunt Dionisia, uxor dicti Pagani, et filius ejus Petrus, et filie sue Ildeardis, Aalit et Lucia, apud Monaiam [3], ipso archidiacono pro nobis presente.

Ut autem hoc ratum maneat et inconcussum, ad peticionem utriusque partis presentem cartam sigillo nostro confirmavimus.

Anno gratie millesimo ducentesimo septimo, mense octobri, nono kalendas novembris.

140. — 1209, Tours — « Accord entre les abbés de Saint-Julien et Regnaut, fils de Michel de Valeio, auquel ils cèdent sa vie durant la tierce partie du moulin et appartenances de Fontenay, après la mort duquel et de celle de son frère laditte tierce partie retournera auxdits abbés et religieux [4]. » — (Extrait, *Inventaire des titres*

1. Geoffroy de la Lande, archevêque de Tours, 1206-1208.
2. La Harrouère, commune de Cérelles (Indre-et-Loire).
3. Monnaie, canton de Vouvray (Indre-et-Loire).
4. Ce titre est donné par l'*Inventaire*.

du fief de Bléré, Archives d'Indre-et-Loire, H 513, p. 19.)

. . . Nos eidem Raginaldo tertiam partem emolumenti dictorum molendinorum et molendinariarum de Fontenaio[1] concessimus vita comite percipiendam, ita quod in decessu suo ipsam tertiam partem cum molendinaria legare poterit vel fratri vel filio, vel uni tamen personæ cui voluerit, similiter quoad vixerit tamen pacifice possidendam. Cum autem ille qui ex legatione ejusdem Raginaldi dictam tertiam partem emolumenti et molendinariarum habuerit, mori contigerit, totum emolumentum molendinorum integre in nostros proprios usus revertetur, et de molendinaria ad nostram voluntatem deinceps sine difficultate qualibet disponemus.

Idem vero Raginaldus, pro bono pacis, sacramento interposito, concessit quod, infra instans festum beati Johannis, juxta eadem molendina, nobis molendinum quoddam quod vulgariter dicitur Foleret, si cursum aquæ poterimus obtinere, facere tenetur propriis sumptibus, pro cujus molendini emolumento nobis persolvet sexaginta solidos turonenses in festo beati Martini hiemali annuatim, et eadem conditione a nobis illud molendinum tenebit frater, vel filius, vel is cui id legaverit, qua molendina supradicta.

Si vero præfatus Raginaldus aliquo casu contingente, quod absit, decesserit intestatus, frater vel filius, vel propinquiorum et ingeneratorum nihilominus supradicta molendina, vita comite, possidebit.

Porro eidem Raginaldus in molis molendinorum emendis et faciendis terciam ponet portionem et ipse similiter qui, ex legatione ipsius vel successione, eadem possidebit, quarum scilicet molarum et omnium lignorum dictis molendinis quoquomodo competentium, conducturam sibi tenebimur exhibere, hoc nihilominus adjecto quod eisdem personis in præfatis lignis tenemur et tenebimur providere.

Prætera frater, vel filius, vel is qui ex legatione Raginaldi vel successione prænominata possidebit, partes ad nos perti-

1. Fontenay, commune de Bléré (Indre-et-Loire).

nentes pro posse suo nobis fideliter servaturas, præstito sacramento firmabit, et quod in prædictis molendinis, nisi tamen vita comite, sibi aliquid juris reclamabit, nec per se nec per alios super hoc nos deinceps molestabit.

Sauleiam quoque ante molendina supradicta sitam tradidimus eidem Raginaldo, ita quod ipse, vel frater, vel filius, vel is qui ex legatione ejusdem vel successione dictam sauleiam possidebit, eadem vita comite tamen possidebit, et nos illius medietatem quotiens colligetur percipiemus et ipsi alteram medietatem. Post quorum mortem eadem sauleia ad nos integre ac libere revertetur.

Ut autem hæc pax inter nos facta firma et inconcussa permaneat, præsentem cartham sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

Actum publice in capitulo nostro anno gratiæ millesimo ducentesimo nono.

141. — 1209. — Acte par lequel Silvestre, évêque de Séez, sur la présentation de l'abbé et des moines de Saint-Julien, confère a Robert de Saint-Julien la cure d'Hablo-ville. — (D'après un vidimus de 1249 dont il ne subsiste plus que quatre bandes horizontales, Archives d'Indre-et-Loire, H 963.)

Universis Xpisti fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, S[ilvester][1], Dei gratia Sagiensis episcopus, eternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra, nos divine pietatis intuitu, ecclesiam Beate Marie de Hablovilla[2] liberam et vacantem, cum omnibus pertinentiis, salvo jure episcopali, Roberto [de] Sancto Juliano, presbytero, ad presentationem abbatis et conventus Beati Juliani Turonensis, ad quos jus patronatus ejusdem ecclesie pertinere dignoscitur, [. . .]

[. . .] pertineat presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. — Actum anno gratie M°CC° nono.

1. Silvestre, évêque de Séez, 1201-1220.
2. Habloville, canton de Putanges (Orne).

142. — 1209 (v. s.) mars [1]. — ACTE PAR LEQUEL SILVESTRE, ÉVÊQUE DE SÉEZ, CONFÈRE A RENULFE DE SAINT-JULIEN LA VICAIRIE PERPÉTUELLE DE L'ÉGLISE DE NOTRE-DAME D'HABLOVILLE, DU CONSENTEMENT DE ROBERT, PRÊTRE DE LA DITE ÉGLISE, ET DE L'ABBÉ ET DU COUVENT DE SAINT-JULIEN DE TOURS. — (D'après le vidimus de 1249, Archives d'Indre-et-Loire, H 963.)

Universis Xpisti fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit S[ilvester], Dei gratia Sagiensis episcopus, eternam in Domino salutem.

Noverit universitas [vestra] nos, divine pietatis intuitu, contulisse Rainulpho de Sancto Juliano perpetuam vicariam ecclesie Beate Marie de Hablovilla, de assensu Roberti, presbyteri ejusdem ecclesie, et abbatis et conventus Sancti Juliani Turonensis, qui in dicta ecclesia jus obtinet patronatus ; ita quod Rainulphus vicariatus Roberto, persone, unum bisancium vel septem solidos monete in Normannia currentis reddet annuatim.

Ut autem hec nostra donatio [. . . firmi]tatis, eam [. . .] annotari et sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Actum anno Domini M° CC° IX°, mense marcii.

143. — 1210, 4 mars. — CHARTE PAR LAQUELLE RAINAUD, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, GEOFFROY, ARCHIDIACRE DE TOURS, ET G., SOUS-DOYEN DE SAINT-MARTIN, COMMISSAIRES DÉLÉGUÉS PAR LE PAPE, CONSTATENT UN ACCORD ÉTABLI ENTRE LES MOINES DE PONTLEVOY ET GUILLAUME D'ORCHAISE AU SUJET DE LA DIME DE LA ROCHE. — (Copie, B. N., dom Housseau, t. VI, n° 2282.)

R[aginaldus], abbas Sancti Juliani, G[aufridus], archidiaconus Turonensis, G. [2], subdecanus Sancti Martini Turonensis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem.

Noverit universitas vestra quod, super [controversia] quæ

1. L'année 1209, ancien style, commence le 28 mars 1209 et finit le 18 avril 1210. Cet acte peut donc être soit du 28 au 31 mars 1209, soit du 1er au 31 mars 1210.

2. Peut-être Gilo de Bonneval, qui était sous-doyen en 1211 (Cf. F.-R. Vaucelle, *La Collégiale de Saint-Martin de Tours*, p. 443).

vertebatur inter abbatem et monachos Pontisleviensis [1], ex una parte, et Guillelmun, militem de Oscaicgis [2], ex alia, super decima quæ est in parrochia de Cambino [3] et vocatur de Rocha, compositum fuisse in hunc modum.

Dictus Guillelmus, si quid juris habebat in dicta decima, totum sine aliqua retentione quittavit et in perpetuam elemosinam monasterio Pontileviensi donavit. Abbas autem et monachi dederunt dicto militi karitative LX solidos turonensis monetæ.

Hanc compositionem Guillelmus, miles, in presentia nostra constitutus, quod uxorem suam et liberos ad eamdem concedendam induceret, fideliter spopondit.

Nos vero, a domino papa super hoc judices delegati, ad utriusque partis petitionem, prescriptam compositionem sigillorum nostrorum testimonio roboravinus.

Actum anno gratiæ M° CC° IX°, mense martio, III nonas ejusdem mensis.

144. — 1210. — CONCESSION FAITE PAR LE SEIGNEUR D'AMBOISE AUX ABBÉ ET RELIGIEUX DE SAINT-JULIEN DE TOUT DROIT DE FOUR BANAL QU'IL POUVAIT AVOIR DANS LA VILLE DE BLÉRÉ. — (*Inventaire des titres du fief de Bléré*, Archives d'Indre-et-Loire, H 513, p. 24.)

145. — 1210, 22 avril, Latran. — BULLE DU PAPE INNOCENT III, RATIFIANT L'ACCORD ÉTABLI ENTRE LES MOINES DE SAINT-JULIEN, LE CURÉ DE SAINT-DENIS D'AMBOISE, D'UNE PART, ET LES CHANOINES DE SAINT-FLORENTIN D'AMBOISE, D'AUTRE PART, AU SUJET DES DROITS PAROISSIAUX D'AMBOISE. — (Copie faite sur le registre original des Archives du Vatican, certifiée authentique le 11 des calendes d'avril 1847 par monseigneur M. Martini, préfet des Archives, Bibliothèque municipale de Tours, manuscrit 1278, fol. 266-267. — Imprimé, *Innocentii III epistolæ*, livre XIII, n° 55, édition Bosquet

1. Pontlevoy, ancienne abbaye de l'ordre de Saint-Benoît, canton de Montrichard (Loir-et-Cher).
2. Orchaise, canton d'Herbault (Loir-et-Cher).
3. Chambon, canton d'Herbault (Loir-et-Cher).

p. 48, édition Baluze, t. II, p. 434 ; *Innocentii III opera*, édition Migne, t. III, p. 246. — Indiqué, Potthast, n° 3.978.)

Cum inter vos, ex parte una, et canonicos Sancti Florentini [1], diocesis Turonensis, ex altera, super jure parrochiali ejusdem castri, per utriusque partis procuratores in nostra presentia, questio verteretur, ad hanc tandem concordiam spontanei devenerunt, ut videlicet dominus castri predicti cum familia sua quam exhibet, milites vero cum familiis illis, que percipiunt victum et vestitum cotidianum ab eis, necnon omnes clerici ejusdem castri cum familiis suis quas exhibent, preter illas dumtaxat sive clericos sive laicos qui de familia Sancti Thome [2] ac Sancti Dionisii [3] et Sancti Salvatoris [4] esse noscuntur, canonicis memoratis, et eorum ecclesie de cetero sint parrochiali jure subjecti, ipsi quoque canonici in quindecim baliis inferius annotatis habeant decem et octo balivos cum familiis eorum, victum et vestitum cotidianum percipientibus ab eisdem, ita quod id nec minui valeat nec augeri.

Nomina vero balivorum et baliarum sunt ista : prepositura castri ; pedagiara ; pontonaria ; annonaria ; prepositura Varanne [5] ; prepositura Johannis de Ambasia ; prepositura de Peronelle de Vindocino ; villicus domini de Noireio [6] ; prepositura Bertranni, militis ; carpentaria domini Ambasie ; carderaria domini ; buchera domini ; exclusaria ; tabernaria et forestaria. Verum in tribus ultimo nominatis sex habere debebunt et unum in qualibet premissarum.

Sane corpora parrochianorum suorum in cimeterio ecclesie

1. Saint-Florentin, collégiale fondée en 1014 dans le château d'Amboise.

2. Prieuré de Saint-Thomas d'Amboise, dépendant de l'abbaye de Pontlevoy.

3. Saint-Denis d'Amboise, prieuré simple appartenant à l'abbaye de Saint-Julien.

4. Saint-Sauveur de l'Ile d'Amboise, prieuré donné en octobre 1209 à l'abbaye de Villeloin par Sulpice d'Amboise (Cf. *Cartulaire de Villeloin*, n° XVII).

5. Le fief de la Varenne, *alias* des Granges, commune de Saint-Denis-hors.

6. Noiraye, commune de Saint-Denis-hors.

Sancti Dyonisii, quod tam vobis quam prefatis canonicis est commune, de cetero tumulabuntur a canonicis memoratis, nisi alias decedentes elegerint sepulturam, et eadem corpora prius per eos in prefatam Sancti Dionisii ecclesiam inferentur, et missarum officiis, si quidem tempus fuerit celebrandi, a monachis vel presbitero celebratis, oblatio ad monachos vel presbiterum devolvetur. Quod si tempus non fuerit celebrandi, hujusmodi corpora deferri ad sepulturam ab ecclesia memorata debebunt. Reliquum autem officium ad sepulturam pertinens pro sui dignitate conventus celebrabunt canonici antedicti, quod non solummodo de parrochianis eorum statutum est esse servandum, sed etiam de omnibus aliis ad quorum exequias in ecclesia Sancti Dionisii celebrandas fuerint evocati.

Crisma vero et oleum sanctum ab ecclesia ipsa recipient simul et semel in anno.

De feudatoriis insuper est statutum ut quicumque ipsorum habuerit plura feuda, vel unum, et si plura integra feuda ad plures personas devenerint, quicumque habuerit integrum cum omni familia sua quam exhibet, si vero integrum feudum in plures fuerit partes divisum, is qui partem tenuerit principalem, ecclesie Sancti Florentini parrochianus existat. Reliquos autem omnes ecclesia Sancti Dionisii obtinebit.

Nos igitur concordiam approbantes eandem, ipsam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. . .

Si quis autem usque incursurum . . .

Datum Laterani X° kalendas maii, pontificatus nostri anno XIII [1].

146. — 1210, septembre. — CHARTE DE JEAN DE FAYE,

1. Potthast, n° 3.979, indique une seconde lettre de la même date adressée aux chanoines de Saint-Florent. Imprimée *Innocentii III epistolæ*, livre XIII, n° 56, édition Bosquet, p. 49, édition Baluze, t. II, p. 435; *Innocentii III opera,* édition Migne, t. III, p. 247.

ARCHEVÊQUE DE TOURS, PAR LAQUELLE IL RECONNAIT QUE JEAN, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, A, A SA REQUÊTE, CONCÉDÉ L'ÉGLISE DE NOTRE-DAME DE BELLOU A SON NEVEU CALON, CHANTRE DE L'ÉGLISE DE TOURS. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 95.)

Johannes[1], Dei gratia archiepiscopus, omnibus . . .

Cum dilectus noster J[ohannes], abbas Beati Juliani Turonensis, ecclesiam Beate Marie de Bellou[2], vacantem et ad suam donationem spectantem karissimo nepoti nostro, Caloni, cantori Turonensi, ad preces nostras contulisset, nos, ad petitionem ipsius abbatis, promisimus et in manu cepimus quod si quis clericus, vel laicus, ipsum vel abbatiam suam super donacione dicte ecclesie prefato nepoti nostro facta aliquo modo vexare intenderet, nos et idem nepos noster erga omnem hominem dictum abbatem et abbatiam indempnes propriis sumptibus nostris redderemus.

. . . sigilli nostri munimine.

Anno Domini M° CC° X°, ordinacionis nostre anno secundo, mense septembri.

147. — 1211. — JEAN, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, JOUBERT, DOYEN DE TOURS, ET GEOFFROY, ARCHIDIACRE, SONT LES JUGES COMMIS PAR LE PAPE POUR STATUER SUR UN LITIGE ENTRE L'ABBAYE DE MARMOUTIER ET PIERRE DE PRUILLÉ. — (Imprimé, *Cartulaires du Bas-Poitou*, p. 111.)

148. — 1211, du 3 au 30 avril[3]. — LETTRES DE JEAN, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, ATTESTANT L'ACCORD ÉTABLI ENTRE SON MONASTÈRE ET HAMELIN DE RORTHRES, PAR LEQUEL LES MOINES DE SAINT-JULIEN SE SONT ENGAGÉS A CÉLÉBRER, CHAQUE JOUR QU'IL SERA POSSIBLE, UNE MESSE DANS L'ÉGLISE DE BEAUMONT POUR LE PÈRE DU DIT HAMELIN ET POUR TOUS LES FIDÈLES TRÉPASSÉS. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 88.)

Universis. . . . Johannes, abbas, totusque conventus Beati Juliani Turonensis, salutem.

1. Jean de Faye, archevêque de Tours, 1208-1228.
2. Bellou-en-Houlme, canton de Messei (Orne) (Cf. p. 34, note 1).
3. L'année 1211, ancien style, commence le 3 avril 1211 et finit le 25 mars 1212.

Cum inter nos et Hamelinum de Roorta, nobilem militem, quedam contentio, coram episcopo Cenomannensi, verteretur. . . . eodem Hamelino impetenti nos coram memorato episcopo, quia pretermiseramus celebrare exequias mortuorum in ecclesia Sancti Petri de Bellomonte de Carcere [1], quas, sicut asserebat, pro anima patris sui et pro cunctis fidelibus defunctis, in eadem ecclesia singulis diebus celebrare tenemur, nobis econtra respondentibus. . . ipsa contentio. . . decisa est in hunc modum.

Nos concessimus sepedicto Hamelino, ex hoc nunc in perpetuum, quod quandocumque licebit nobis publice vel secreto celebrare idem officium in dicta ecclesia, singulis diebus, ad altare ad hoc statutum, pro anima patris sui et pro cunctis fidelibus defunctis celebrabimus. . . .

. . . . sigillorum nostrorum munimine fecimus muniri.

Anno MCCXI, mense aprili.

149. — 1211, environ. — Charte de Sulpice d'Amboise relatant l'accord établi entre lui et Saint-Julien, au sujet de la possession d'une maison sise a Bléré et de certains droits seigneuriaux sur Bléré. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 480. — Copie partielle faite sur l'original scellé en cire brune sur lacs de soie verte d'un côté et rouge de l'autre, B. N., Latin 5433, p. 95. — Analyse, *Inventaire des titres du fief de Bléré*, Archives d'Indre-et-Loire, H 513, p. 74.)

Ego, Sulpicius, dominus Ambazie, omnibus presentes litteras inspecturis, notum facio quod, cum inter me, ex una parte, et venerabilem abbatem et conventum Beati Juliani Turonensis, ex altera, super quadam domo apud Bliriacum [2] sita, super annonaria et mensuris bladi et vini ejusdem ville, et quibusdam fossatis ibidem contentis et rebus aliis, de quibus sibi, ut dicebant, injuriosus extiteram, contentio diutius agitata

1. Beaumont-la-Chartre, canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).

2. Bléré, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).

fuisset, tandem, mediantibus bonis viris, fuit compositum in hunc modum.

Mensure bladi et vini a servientibus meis de Bliriaco, serviente monachorum advocato, equabuntur, qui si vocatus non venerit, a meis servientibus nichilominus equabuntur.

Fossata, que apud Bliriacum in terra eorum erexeram, ad eorum instantiam, ammovi.

De terra vero de Oschis [1], quam tenebat Gwilelmus Giraudus, quam de jure monachorum esse cognovi, statutum fuit quod ipse a monachis illam habebit, ipsis exinde legitimas costumas annis singulis persolvendo. Quod si aliquis de ipso Gwillelmo conquereretur, ipse in curia Beati Juliani staret juri et pareret.

De equis vero vel equabus quas in terra Beati Juliani ad meas vindemias faciendas capere consuevi, firmatum fuit ex parte mea et concessum quod in domibus hominum non capientur, nec boves, nec animalia, que bladum monachorum ad granaria sua, vel vinum suum ad cellaria sua adducent, nec capientur nec disturbabuntur in eundo vel redeundo.

De custuma bladi quam in annonaria mea de Bliriaco percipio, erunt monachi et homo mansionarius in domo ipsorum propria liberi et immunes, nisi homo mercator fuerit manifestus.

Concessi autem et volui quod monachi habeant liberam facultatem sine contradictione alicujus reparandi becia molendinorum suorum et terram exinde ex utraque pa[r]te e[j]iciendi libere et quiete quotiens eis necesse fuerit, et quod nullus, occasione piscandi vel aliquo alio modo, possit becia pejorare vel ipsos monachos in hac parte molestare.

Teneamentum vero quod tenebat Gwillelmus Avignon et socii ejus a monachis apud Monpopon [2], cum omni consuetudine et dominio quod ibi habebant monachi, michi et heredibus meis libere remanebit.

Et quum eisdem monachis, tam per me quam per baillivos

1. Les Ouches, commune de Bléré (Indre-et-Loire).
2. Montpoupon, commune de Ceré (Indre-et-Loire).

meos, sicut propria suggessit conscientia, super aliquibus injuriosus extiteram, illis, pro remedio anime mee et pro animabus patris et matris mee et antecessorum meorum et omnium fidelium defunctorum, decimam annonarie mee de Bliriaco, ubicumque sita fuerit quoquo pacto vel contradictione tradita fuerit, inperpetuam elemosinam duxi misericorditer conferendam.

Dedi preterea eis quinque solidos in eadem annonaria annuatim percipiendos in festo Purificationis per manum ejus qui habebit annonariam ad bladum. Volui autem et precepi quod quisquis dictam annonariam ad bladum vel ad denarios ad firmam habuerit, vel de mandato meo sine firma costumam receperit, eisdem monachis vel mandato eorum fidelitatem faciat quod illis exinde justam decimam fideliter et bona fide persolvet.

Concessi insuper eisdem monachis terram de Huberteria [1], de qua Guano et Andreas, frater ejus, et familia defuncti Bernerii unum sextarium avene et sex denarios michi annuatim reddere solebant, ad illuminandam quandam lampadem continue ardentem ante sacrosanctum altare Crucifixi in ecclesia Beati martyris Juliani.

Furnum autem, quem apud Bliriacum in meo dominio construxeram, quia manifeste comperi quod illis per ipsum magnum dampnum faciebam et quod antecessores mei numquam ibi furnum habuerant, amore Dei, penitus ammovi, volens et pia devotione in elemosinam concedens quod nec ego nec aliquis heredum meorum apud Bliriacum furnum ulterius faciamus.

Abbas vero et conventus, devotionem meam circa ipsos attendentes, de mera ac pia benignitate ipsorum, tam me quam meos super dampnis universis, que vel a me vel a meis sibi conquerebantur fuisse illata misericorditer absolventes, in istius beneficii recompensationem unum monachum presbyte-

1. Carré de Busserolle (*Dictionnaire*, t. III, p. 354) place à Bléré ce lieu de la Hubertière. Cependant dans la charte suivante nous verrons qu'il était situé près du prieuré de la Chaise et vraisemblablement dans la paroisse de Saint-Georges-sur-Cher (Loir-et-Cher).

rum qui semper deserviat ad altare Crucifixi in ecclesia Beati Juliani, martyris, pro me et antecessoribus meis et universis fidelibus defunctis michi assignarunt, concedentes insuper quod anniversarium meum et patris et matris mee singulis annis in tanta solempnitate in quanta abbatum suorum anniversarium celebrabunt.

In cujus rei memoriam presentes litteras conscribi et sigilli mei impressione feci communiri.

150. — 1211, octobre. — CHARTE PAR LAQUELLE LES MOINES DE SAINT JULIEN, EN RECONNAISSANCE DES DONS QUE LEUR A FAITS SULPICE D'AMBOISE, FONDENT CERTAINS SERVICES RELIGIEUX POUR LE REPOS DE SON AME. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 480. — Copie partielle, B. N., Latin 5443, p. 107.)

J[ohannes], Beati Juliani Turonensis abbas, totusque ejusdem ecclesie conventus, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Noveritis quod karissimus noster S[ulpicius], dominus Ambazie, nobis decimam annonarie sue de Blire[1], et quinque solidos annuos in eadem annonaria, et terram de Huberteriam[2] apud Chasam[3] in perpetuum *(sic)* elemosinam contulisset, furnum etiam quem apud Blire in proprio fundo construxerat, quia eum nobis et ecclesie nostre dampnosum videbat, ammovisset, concedens nobis quod nec ipse nec heredes sui amodo furnum in eadem villa construere debuissent, nos, attendentes piam ipsius circa nos et ecclesiam nostram devotionem, eidem concessimus unum monachum presbyterum qui semper in ecclesia Beati Juliani, pro ipso et antecessoribus et cunctis fidelibus defunctis ad altare deserviat Crucifixi, et ante ipsum altare unam lampadem continue ardentem.

Concessimus etiam ei quod anniversarium suum et patris

1. Bléré, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
2. La Hubertière. Cf. note de la page précédente.
3. La Chaise, prieuré de l'abbaye de Saint-Julien, commune de Saint-Georges-sur-Cher (Loir-et-Cher).

et matris sue in tanta faciemus sollempnitate in quanta solemus abbatum nostrorum anniversaria celebrare, ipsum et omnes suos de dampnis nobis illatis absolventes.

Quod ut ratum et firmum permaneat, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Actum anno gratie M°CC° undecimo, mense octobri.

151. — 1212. — Traité entre l'abbé et le couvent de Saint-Julien, d'une part, et Clairambault de Maillé, « miles », d'autre, sur plusieurs droits en les paroisses de Vallières [1] et de Fondettes [2]. — (*Inventaire des titres de la seigneurie de Vallières,* Archives d'Indre-et-Loire, H 517, p. 11.)

152. — 1212. — Jean, abbé de Saint-Julien, J., doyen de Tours, et G., archidiacre de Tours, statuent sur un litige qui existait entre l'abbaye de Marmoutier et le curé de Saint-Sauveur de Montigny-le-Gannelon [3]. — (Imprimé, *Cartulaire de Marmoutier pour le Dunois,* n° ccxxii.)

153. — 1207-1217. — Accord établi entre Guillaume de la Celle et le prieur de la Milesse au sujet de la dime du bois de la Milesse. — (Original parchemin jadis scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 488.)

[Magiste]r Cantorius [4], domini Cenomanensis officialis, omnibus Xpisti fidelibus, salutem in Domino.

1. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire).
2. Fondettes, canton de Tours-Nord (Indre-et-Loire).
3. Montigny-le-Gannelon, canton de Cloyes (Eure-et-Loir).
4. Ce Cantorius, archidiacre du Mans et official de l'évêque, avait fondé à la cathédrale un service, qui se célébrait le 24 septembre (Chanoines Busson et Ledru, *Nécrologe-obituaire de la Cathédrale du Mans,* p. 260). En 1895, son nom n'avait pas encore été relevé : aussi a-t-il été mentionné sous une forme qui le rend méconnaissable dans deux actes du *Cartulaire de Saint-Victeur.* Il y a donc lieu de rectifier ainsi la seconde ligne de la charte liii : *Magister Cantorius, archidiaconus, officialis domini Hamelini,* et de lire au dernier alinéa du n° lvi : *Testibus his : magistro Cantorio, archidiacono.* Cantorius succéda comme official à Garinus Silvestris cité dans une charte du 9 avril 1207 (*Cartulaire de Saint-Victeur,* n° 4). Il est mentionné sous la forme *C., archidiaconus* dans plusieurs

Noverit vestra universitas quod Willelmus, dominus la Sele [1], cum priore de Miletia [2], Achardo, composuit coram nobis et in hac compositione fuit comprehensum quod omnes decime de examplis nemorum dicti domini que sunt in parrochia de Miletia prefato priori remansissent et in ipsius dominium transferrentur, et pro bono pacis dictus Willelmus recepit tres solidos cenomanensium et participationem orationum que fiunt in abbacia Sancti Juliani Turonensis.

Quod ut ratum habeatur, sigillo curie Cenomanensis episcopi fecimus communiri.

Testibus : Teb[erto] Tritot ; P., filio ejus, et M., preposito, et Johanne de Miletia, clerico.

154. — 1213, 1er juillet, Rome. — BULLE PAR LAQUELLE LE PAPE INNOCENT III, EN CONFIRMANT AU CHAPITRE DE SAINT-JULIEN DE BRIOUDE [3] LES PRIVILÈGES ACCORDÉS PAR LE PAPE CALIXTE II EN 1119, LUI CONFIRME ÉGALEMENT LA POSSESSION DE CERTAINES ÉGLISES, PARMI LESQUELLES L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN DE TOURS. — (Imprimé, *Gallia*, t. II, *Instrumenta*, col. 136.)

155. — 1214. — MICHEL, ABBÉ DE L'ÉTOILE [4], ACHÈTE DE JEAN, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, TROIS ARPENTS DE PRÉ. — (Note, *Gallia*, t. VIII, col. 1402.)

156. — 1215, 26 juillet, Tours. — SENTENCE RENDUE AU PROFIT DU PRIEUR D'AMBILLOU, PAR LAQUELLE IL EST MAINTENU DANS TOUS SES DROITS SUR LES BOIS DE POURCELLES QUE LUI

documents des Archives de la Sarthe (H 252, 253, 384 et 1110), aux numéros 164 et 1030 du *Cartulaire de l'Évêché du Mans*, et aux numéros LVIII, LX, LXII, LXIII et LXIV du *Cartulaire de Saint-Victeur*. Il était remplacé comme official le 30 juin 1218 par Guillaume Baritaut (*Cartulaire de Saint-Victeur*, no LXVI) et était encore archidiacre le 17 novembre 1220 (*Cartulaire de l'Évêché du Mans*, no 217).

1. La Celle, ancien fief, commune de la Milesse (Sarthe).
2. La Milesse, 2e canton du Mans (Sarthe).
3. Brioude, chef-lieu d'arrondissement (Haute-Loire).
4. L'Etoile, abbaye de l'ordre de Prémontré, commune d'Authon (Loir-et-Cher).

CONTESTAIT HUGUES DE CHAMPCHEVRIER. — (Original parchemin jadis scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 478. — Copie, Bibliothèque de Poitiers, Dom Fonteneau, t. XXXVII, p. 7.)

Universis Xpisti fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, magister A[imericus], officialis curie Turonensis, salutem in Domino.

Litigantibus coram nobis abbate et conventu Beati Juliani Turonensis, ex una parte, et Hugone, domino de Champchevrer[1], ex altera, pecierunt abbas et conventus restitutionem usagii quod prior de Ambilleio[2] et homines sui habent et habuerunt et habere debent in nemore de Porcellis[3] ad omnia que eis fuerint necessaria, tam in viridi quam in sicco, et pasturam animalium prioris et hominum eorumdem.

Ad que fuit ex adverso responsum : quod nec prior nec homines sui usagium nec pasturam suorum animalium habent, vel habuerunt, vel habere debent in nemore supradicto, immo ipse Hugo et predecessores sui tenuerunt libere et quiete et possederunt spatio quadraginta annorum, sine omni contradictione, nemus de Porcellis; quod inficiabatur abbas pariter et conventus.

Lite igitur super petitionibus premissis et exceptione hinc inde legitime contestata, utraque parte se suam per testes idoneos assertionem probaturam offerente, testes eorum recepimus et examinavimus diligenter ; quibus tandem secundum rationem publicatis, data utrique parti copia dicendi in testes et eorum depositiones, termino peremptorie ad deffinitivam sententiam proferendam partibus prefixo, ad quem prefatus Hugo nec venit nec pro se curavit aliquem destinare, abbate et conventu venientibus, prout debuerunt, et instanter petentibus ut ad sententiam deffinitivam procedere debere-

1. Champchevrier, commune de Cléré (Indre-et-Loire).
2. Ambillou, canton de Château-la-Vallière (Indre-et-Loire).
3. Ce nom est conservé dans celui de Saint-Symphorien-des-Ponceaux, *Sanctus Symphorianus de Porcellis*, ancienne paroisse réunie à la commune d'Avrillé (Indre-et-Loire).

mus, et multas rationes allegantibus et maxime legem illam : *Properandum*, paragrapho : *Si autem reus affuerit, cum omni subtilitate judex causam requirat, et reo absente, heremodicium contrahatur,* per quas videlicet et alias rationes nos posse de jure et debere, altera partium per contumaciam absente, sentenciare rationabiliter ostendere intendebant.

Nos, auditis eorum rationibus et allegationibus, et attestationibus partium diligenter inspectis, supplentes pro reo per omnia que de jure supplenda erant, prefati Hugonis absentia, Dei repleta presentia, quia nobis per testes omni acceptione majores, de assertione abbatis et conventus, qui suam plene intentionem fundarant, constitit evidenter, et pars adversa in probatione proposite exceptionis penitus defecit, communicato prudentum et jurisperitorum consilio, astantibus nobis Felice, abbate Vadacii [1] ; Philippo, cancellario, Archembaudo, archipresbytero, Nicholao, archipresbytero Ambazie, canonicis Turonensibus ; magistro Michaele de Bercoriis ; Milone Bocelli, canonico Exoldunense [2] ; magistris Roberto Normanno et Nicholao de Stampis ; Willelmo, notario ; G., Turonensi archidiacono ; Hamelino de Sarceio, milite, et pluribus aliis tam clericis quam laicis, usagium et pasturam animalium, juxta tenorem suarum petitionum, dictis abbati et conventui sententialiter adjudicavimus, prefato Hugoni perpetuum silentium imponentes, et eidem nichilominus districtius inhibentes ne priorem de Ambilleio et homines suos et eorum animalia impediat uti usagio et pastura in nemore supradicto ; quod si fecerit, ipsum cum omnibus fautoribus suis, auctoritate domini archiepiscopi cujus vices gerimus, excommunicavimus, et usque ad satisfactionem condignam ab omnibus arctius precepimus evitari.

In cujus rei memoriam et munimen, presentes litteras testi-

1. Vaas, abbaye de l'ordre de Saint-Augustin, canton de Mayet (Sarthe). Félix n'est pas nommé parmi les abbés de Vaas que cite le *Gallia*, t. XIV, col. 510.

2. Chanoine de Saint-Cyr d'Issoudun.

moniales conscribi et sigilli curie Turonensis impressione fecimus communiri.

Actum Turonen., septimo kalendas augusti, anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo quintodecimo.

157. — 1215. — Acte par lequel Jean de Faye, archevêque de Tours, confirme la sentence rendue le 26 juillet 1215, par son official, en faveur du prieuré d'Ambillou. — (Original parchemin jadis scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 478.)

Johannes, Dei gratia archiepiscopus Turonensis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Litteras dilecti nobis in Domino magistri Aimerici, officialis nostri, super quadam sententia inspeximus ita continentes.

[Ici le texte du n° 156]

Hanc itaque sententiam utpote legitime latam auctoritate metropolitana, ad preces dictorum abbatis et conventus, duximus confirmandam, omnes qui contra ipsam temere venire vel eam pertubare presumpserint usque ad satisfactionem condignam excommunicationis vinculo innodantes.

158. — 1216, mai, Tours. — Charte par laquelle, en présence de trois commissaires délégués par le pape, Robert du Chesnay, clerc, renonce, au profit des moines de Saint-Julien, aux droits qu'il prétendait sur la dime de « Bruil » en la paroisse de Notre-Dame « de Harmo ». — (Copie, B. N., Latin, 12.677, f° 195.)

J., prior Sancti Cosme[1], Gaufredus, subdecanus, et Thomas, succentor Beati Martini Turonensis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Cum, auctoritate commissionis a domino papa suscepte, cognosceremus de causa quam abbas et conventus Beati Juliani Turonensis habebant adversus Robertum de Chesneio, clericum, super quadam decima que dicitur de Bruil, sita in

1. Saint-Côme, ancien prieuré, commune de la Riche-extra (Indre-et-Loire).

parrochia Beate Marie de Harmo, partibus in nostra presentia constitutis et intencione abbatisque *(sic)* conventus, sub hoc modo proposita quod dicta decima de Bruil ad jus et proprietatem sui monasterii pertinebat, idem clericus, confessione spontanea sollempniter emissa, in jure plenarie nos instruxit dictam decimam ad idem monasterium pleno juris et proprietatis dominio pertinere.

Si quid autem in predicta decima memorato clerico, vel de jure vel de facto competere potuisset, dicto monasterio, in presentia nostra, totum libere et absolute quitavit, obligans se per fidem in manu nostra corporaliter prestitam, quod ad sepefatam decimam vel quamlibet ejus partem deinceps nullo unquam tempore reclamabit.

In cujus rei memoriam et testimonium, de communi consensu, presentes litteras conscribi et, ad instanciam ipsarum partium, sigillorum nostrorum patrocinio fecimus communiri.

Actum Turonis, anno Domini millesimo ducentesimo sexto decimo, mense maio.

159. — 1217, avril[1]. — CHARTE PAR LAQUELLE THIBAUT VI, COMTE DE BLOIS, ABANDONNE A SAINT-JULIEN UNE RENTE D'AVOINE QU'IL PRENAIT CHAQUE ANNÉE SUR LES HOMMES DE L'ABBAYE HABITANT SAUNAY. — (Original parchemin, autrefois scellé sur cordon de soie rouge, Archives d'Indre-et-Loire, H 503.)

Ego, Theobaldus, Blesis et Clarimontis comes, omnibus presentes litteras inspecturis notum facio quod ego, pro remedio anime mee et animarum bone memorie patris mei, comitis Ludovici, et matris mee, comitisse Katerine, et antecessorum meorum, abbatie Beati Juliani Turonensis consuetudinem illam avene que dicebatur donata, quam super homines ejusdem abbacie manentes in territorio de Sonaio[2]

1. L'année 1217, ancien style, commence le 26 mars 1217 et finit le 15 avril 1218, cette charte et la suivante sont donc soit d'avril 1217 soit du 1er au 14 avril 1218.

2. Saunay, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).

in castellaria Castri Raginaldi, singulis annis capiebam, dedi in perpetuam elemosinam et quitavi.

Quod ut ratum et stabile perseveret, presentes litteras feci conscribi et sigilli mei munimine confirmavi.

Actum anno gratie M° CC° septimo decimo, mense aprilis.

Datum per manum Terrici, cancellarii mei.

160. — 1217, avril. — CHARTE DE CLÉMENCE DES ROCHES, COMTESSE DE BLOIS, RATIFIANT L'ABANDON D'UNE RENTE D'AVOINE FAIT PAR LE COMTE THIBAUT, SON MARI, A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN. — (Original parchemin, autrefois scellé sur cordon de soie rouge, Archives d'Indre-et-Loire, H 503.)

[Ego, Cle]mencia, Blesis et Claromontis comitissa, omnibus presentes litteras inspecturis no[tum] facio quod dominus meus comes Theobaldus, pro remedio anime sue et antecessorum [suo]rum, abbacie Sancti Juliani Turonensis consuetudinem illam avene que dicebatur [do]nata, quam super homines ejusdem abbacie manentes in territorio de Soonaio, [in] castellaria Castri Raginaldi, singulis annis habebat, dedit in perpetuam elemosinam et quitavit.

Ego siquidem, piis ipsius inherens vestigiis, hanc quitacionem et donacionem, sicut in litteris ipsius continetur, volui liberaliter et concessi.

In cujus rei testimonium, presentem paginam sigilli mei munimine confirmavi.

Actum anno M° CC° septimo, mense aprili.

161. — 1217, août. — SENTENCE ARBITRALE ENTRE L'ABBÉ DE SAINT-JULIEN ET ALÈS, VEUVE DE PIERRE BUSSON, PAR LAQUELLE ON ACCORDE A L'ABBÉ LA MOITIÉ DU VIN HOFREI ET AUX RELIGIEUX, ET LES AUTRES DIMES LUY SONT DEMEURÉES *(sic)*. — (*Inventaire des titres de la Chambrerie*, Archives d'Indre-et-Loire, H 509, p. 73.)

162. — 1218. — ACTE PAR LEQUEL MAINARD, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, L'ARCHIDIACRE ET L'ARCHIPRÊTRE DE TOURS, COMMISSAIRES DÉLÉGUÉS PAR LE PAPE, STATUENT SUR LE LITIGE EXISTANT ENTRE LE PRIEUR DE CHEMILLÉ ET LES DEUX CHAPE-

LAINS DE NOTRE-DAME, AU SUJET DU DROIT DE PATRONAGE DES SIX CHAPELLES DE CHEMILLÉ. — (Copie, B. N., Dom Housseau, t. VI, nº 2458.)

M[ainardus], Dei miseratione abbas Sancti Juliani, . . . , archidiaconus, et A., archipresbiter Turonenses, omnibus ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Salutis Auctore.

Universitati vestre lucidum fieri volumus et apertum quod, cum auctoritate apostolica nobis commissa fuisset causa illa que vertebatur inter priorem et conventum Sancti Petri de Camilliaco [1], ex una parte, et Andream Papin et Radulphum Machesche, capellanos Beate Marie, ex altera, super patronatus istarum sex capellaniarum, videlicet : capellanie leprosorum ; capellanie domus elemosinarie ; capellanie Laurentii Le Ferle ; capellanie Pinelli, capellanie Bordi et capellanie Johannis Maoss, quarum patronatum dictus prior asserebat ad se et ecclesiam suam pertinere, dicti vero capellani contra constanter asserebant quod dictarum patronatus capellaniarum a tempore institutionis et ab antiqua et approbata consuetudine ad ipsos sine interruptione et reclamatione aliqua pertinebat. Cum igitur super hoc coram nobis partes diutius litigassent, nos, volentes earum parcere laboribus et expensis, audientes ex proborum relatione virorum destructionem castelli Camiliaci, quod propter guerram destructum fuerat et combustum ; attendentes etiam quod ad tantam deveniant tenuitatem redditus ecclesie Beate Marie de Camiliaco quod duo capellani qui in ea instituti sunt non poterant etiam mediocriter sustentari, ad instantiam precum domini Willelmi [2], Andegavensis episcopi, ad hujus formam pacis partes dignum duximus inducendas.

Concessum est itaque a partibus coram nobis et firmatum quod dicti capellani in propriis personis aut per aliquem com-

1. Chemillé, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Cholet (Maine-et-Loire). Il y avait anciennement à Chemillé un prieuré dédié à Saint-Pierre appartenant à Marmoutier, une église de Notre-Dame et les chapelles dont cette charte fait mention.

2. Guillaume de Beaumont, évêque d'Angers, 1202-1240.

mensalem presbiterum deservient capelle leprosorum, nec licebit eis in ea de cetero instituere capellanum, sed ad proprios usus suos habebunt dicti redditus capellanie sicut solebat esse antiquitus, quod in cartis domus Sancti Petri plenius continetur. Redditus autem capellanie Bordi erunt ad usum luminaris in ecclesia Beate Marie. In capellania domus elemosinarie eligent capellani quemdam laicum ad consilium parochianorum, qui, secundum facultatem domus, pauperibus ad eam confluentibus in necessariis providebit, sicut solebat esse temporibus retroactis.

De tribus autem que supersunt capellaniis habebit prior et conventus Sancti Petri ad proprios usus mense sue illam capellaniam quam Johannes Maoss instituit libere et quiete. Alie due, videlicet capellanie Laurentii Le Ferle et Pinelli, erunt et remanebunt integre sepedictis capellanis ad proprios usus mense sue, nec licebit capellanis de cetero instituere capellanos in illis.

Quod ut perpetua gaudeat firmitate, et ne aliqua super hoc possit contentio imposterum suboriri, ad utriusque partis petitionem, presentes fecimus litteras sigillari.

Actum anno gratie M° CC° VIII° X°.

163. — 1218. — Charte de Jean de Faye, archevêque de Tours, attestant un don de dimes fait a l'abbaye de Saint-Julien par Hélie de Grillemont, d'accord avec son fils Joscelin et avec l'assentiment de Guillaume de Saint-Mars, son seigneur. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 71.)

Johannes, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus qui presentes litteras viderint, salutem in Domino.

Noverint universi quod Helias de Grislemont, miles, cum assensu Joscelini, filii sui, dedit coram nobis Deo et abbacie Sancti Juliani Turonensis decimam vinee que est ante domum suam, et decimam carterii quod est supra clausum, et si forte vinea predicta et carterium redigerentur ad culturam, bladi similiter haberet decimam predicta abbacia.

Hoc autem coram nobis concessit dominus Guillelmus de Sancto Medardo, de cujus feodo predicta erant.

Et nos, ad predictorum Helie et J[oscelini], filii sui, et memorati Guillelmi peticionem, presentes litteras dicte abbacie duximus concedendas.

Actum anno gratie MCCXVIII, ordinationis nostre decimo.

164. — 1218, Parthenay. — CHARTE PAR LAQUELLE HUGUES ET GUILLAUME L'ARCHEVÈQUE, DU CONSENTEMENT DE DAMÈTE ET AIMABLE, LEURS ÉPOUSES, DONNENT AU PRIEURÉ DE NOTRE-DAME DE PARTHENAY LA VILLE DE CHATEAU-BOURDIN. — (Copie faite sur l'original scellé en cire verte, sur lacs de soie verte et rouge, B. N., Latin 5443, p. 61, et 12.677, fol. 202.)

Ego, Hugo Archiepiscopus, dominus Partinensis[1], notum facio præsentibus et futuris quod, de mea propria liberalitate, pro salute animæ meæ et parentum meorum, dedi, sine reclamatione aliqua quæ a me vel heredibus seu successoribus meis fieri possit, villam de Castro Bordino[2], cum omnibus ipsius pertinentiis[3], Deo et ecclesiæ Beatæ Mariæ ejusdem loci et monachis ibidem Deo servientibus, et ecclesiæ Sancti[4] Juliani Turonensis, in puram et perpetuam eleemosynam[5], ab exercitu et equitatu, a talleis et violentiis et ab omnibus consuetudinibus, omnibusque exactionibus penitus quietam, liberam et immunem.

Dedi etiam eis in dicta villa omne prorsus dominium præterquam meurtrum[6] et prodicionem, quæ mihi[7] et heredibus meis retinui, ita tamen quod, convicto meurtrerio[8] sive proditore, domus meurtrerii[9] seu[10] proditoris et ustencilia[11], terræ, prata et vineæ a dicta ecclesia moventia, quieta et non deteriorata

1. Parthenay, chef-lieu d'arrondissement (Deux-Sèvres).
2. Château-Bourdin, commune de Saint-Pardoux (Deux-Sèvres).
3. *pertinenciis suis*, ms. 5443.
4. *Beati*, ms. 5443.
5. *helemosinam*, ms. 5443.
6. *murtrum*, ms. 5443.
7. *michi*, ms. 5443.
8. *murtrerio*, ms. 5443.
9. *murtrerii*, ms. 5443.
10. *sive*, ms. 5443.
11. *ustensilia*, ms. 5443.

remanebunt ecclesiæ nominatæ. Alia vero mobilia, ut in denariis, blado, vino et animalibus, mihi [1] et heredibus meis exinde tantum retinui, et justitiam meurtrerii [2] seu [3] proditoris mihi preterea retinui et heredibus meis.

Homines vero de Castro Bordini [4] vendam reddent et pedagium ad modum hominum Patriciaci et Partini [5] veteris.

Dedi etiam et concessi ad idem franchimentum et ad eandem libertatem, quæcumque dicta ecclesia acquisivit in terra mea et quæcumque legitime acquirere poterit in eadem, salvis tamen ligianciis homagiis et serviciis meis, sive terris, pratis, nemoribus et decimis et aliis rebus, legitimam facere valeant [6] acquisitionem.

Ego autem Willelmus Archiepiscopi hæc volui et concessi, et, concedentibus Dameta et Amicabili [7], uxoribus nostris, ego, Hugo, et ego, Willelmus Archiepiscopi, ad firmitatem perpetuam, præsentem exinde kartam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

Actum Partini anno gratiæ M CC octavo decimo, testificantibus : Helia, priore Partini [8] veteris ; P., helemosinariæ domus Partini [9] priore ; W. de Alsona, sacerdote ; Herberto Ingant [10] ; J. Vincent, militibus ; Am[erico] de Castro ; J. Cotin ; W[illelmo] de Pessios ; P. Jordoni ; W[illelmo] Oliardi [11] et pluribus aliis [12].

Willelmus [13], Burdegalensis archiepiscopus, predictam donationem et chartam in integrum a se relatam confirmat.

1. *michi*, ms. 5443.
2. *murterii*, ms. 5443.
3. *sive*, ms. 5443.
4. *Bordin*, ms. 5443.
5. *Partiniaci et Partiniaci*, ms. 5443.
6. *valeat*, ms. 5443.
7. *Amiable*, ms. 5443.
8. *Partiniaci*, ms. 5443.
9. *Partiniaci*, ms. 5443.
10. *Nigaut*, ms. 5443.
11. *Willelmo Osgiardi*, ms. 5443.
12. La copie du ms. 5443 s'arrête ici.
13. Guillaume Amanieu de Geniès, archevêque de Bordeaux, 1207-1227.

Item, Willelmus [1], Pictaviensis episcopus, eodem modo confirmat et verbis.

165. — 1218, juillet. — CHARTE PARTIE DONNÉE EN FAVEUR DE SAINT-JULIEN PAR GUILLAUME DE SAINT-MARS, AU NOM DE BARTHÉLEMY DE SAINT-MARS, SON NEVEU, DONT IL AVAIT LE BAIL. — (Prétendu original faux sur parchemin et copie dans un vidimus de l'official de Tours, Archives d'Indre-et-Loire, H 498. — Copie sur l'original scellé en cire verte, sur un cordon de soie jaunâtre mêlé de blanc, B. N., Latin 5443, p. 71.)

Bartholomeus [2]. — Omnibus presentes litteras inspecturis, Guillelmus de Sancto Medardo, eternam in Domino salutem [3].

Noverint universi quod, cum, ex donatione domini Andree de Sancto Medardo omnes decime quas ipse habebat in parrochia de Sancto Medardo [4], ad monasterium Beati Juliani Turonensis pertinerent, et illud monasterium spoliatum esset decimis de exemplis nemorum de Sancto Medardo, [ego, Willelm]us [5], qui tunc temporis amministracionem rerum Bartholomei, nepotis mei, habebam, senciens quod dictum monasterium contra jus esset spoliatum, ad peticionem ejusdem Bartholomei, et de prudentum virorum consilio, decimas pretaxatas de omnibus exemplis dicto monasterio reddidi, sive in blado sive in vino consistant, et idem Bartholomeus pretaxatis decimis dictum monasterium investivit, concedendo dictas decimas, prestita fide, eidem monasterio in perpetuum possidendas pacifice, retenta tamen decima anserum tocius parrochie preterquam de proprietate prioris, [et decima

1. Guillaume Prévost, évêque de Poitiers, 1217-1224.

2. Le mot *Bartholomeus* est donné en cirographe, partie supérieure des lettres au bas du texte, sur le prétendu original.

3. Prétendu original : *eternam salutem in Domino*.

4. Saint-Mars, *modo* Cinq-Mars-la-Pile, canton de Langeais (Indre-et-Loire).

5. Les mots entre crochets manquent sur le prétendu original, troué en deux endroits, et sur le manuscrit latin 5442.

culture Durandi Borderii, que est de feodo Castellorum [1]] et decima lini et canabi de ultra torrentem preterquam de terra prioris propria, que vocatur ad Parvilanderiam ; de vineis autem suis propriis, quas de propriis sumptibus dictus Bartholomeus et ejus heredes excolent, decimam monachis non [2] persolvent. [Si vero vineas suas aliis tradiderint forsitan excolendas, monachi inde percipient plenariam decimationem.] De tota etiam terra quam in parrochia Sancti Medardi dominus ejusdem ville possidet, sive propriis sive alienis colatur sumptibus, monachi decimas libere percipient et quiete, preter decimas superius exceptas nominatim ; alias quoque decimas quas in eadem parrochia monachi percepisse et possedisse noscuntur absque aliqua reclamatione et inquietudine in perpetuum pacifice possidebunt.

In cujus rei memoriam et munimen, presentes litteras conscribi et sigilli mei [3] impressione feci roborari.

Actum anno gratie M° CC° XVIII°, mense julio.

166. — 1218, juillet. — Vidimus donné par l'official de Tours de la charte de Guillaume de Saint-Mars. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire jadis scellé sur double queue, H 498.)

Magister A., officialis curie Turonensis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire nos inspexisse litteras domini Guillelmi de Sancto Medardo, militis, quarum formam verbo ad verbum expressam inferius ita fecimus annotari.

[Ici le texte du n° 165].

Ut igitur hec compositio robur firmitatis et stabilitatis optineat in posterum, nos eam, auctoritate domini archiepiscopi

1. La partie de phrase entre crochets n'existe pas sur le prétendu original.

2. La négation *non,* ainsi que la phrase suivante placée entre crochets, qui apporte une restriction aux droits donnés aux moines, ont été supprimées sur le prétendu original.

3. Prétendu original : *nostri.*

vices cujus gerimus, presenti pagina confirmamus et impressione sigilli curie Turonensis communimus.

Actum anno Verbi Incarnati millesimo ducentesimo octavo decimo, mense julio.

167. — 1218, juillet. — CHARTE DE L'OFFICIAL DE TOURS ATTESTANT LA RESTITUTION DES DIMES DE SAINT-MARS FAITE A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR GUILLAUME DE SAINT-MARS. — (Original parchemin jadis scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 498.)

Magister A., officialis curie Turonensis, omnibus presentes litteras inspecturis, eternam salutem in Domino.

Noverint universi quod, cum ex donatione domini Andree de Sancto Medardo omnes decime quas ipse habebat in parrochia de Sancto Medardo ad monasterium Beati Juliani Turonensis pertinerent, sicuti in litteris bone memorie Hugonis, quondam Turonensis archiepiscopi, vidimus contineri, et illud monasterium spoliatum esset decimis de exemplis nemorum de Sancto Medardo, constitutus in nostra presentia Willelmus de Sancto Medardo, miles, qui tunc temporis amministrationem rerum Bartholomei, nepotis sui, habebat, sentiens quod dictum monasterium contra jus dictis decimis de exemplis esset spoliatum, ad petitionem ejusdem Bartholomei, et de prudentum virorum consilio, decimas pretaxatas de exemplis omnibus dicto monasterio reddidit, sive in blado sive in vino consistant; et idem Bartholomeus, coram nobis, dictum monasterium pretaxatis decimis investivit, concedendo dictas decimas, prestita fide, eidem monasterio in perpetuum pacifice possidendas, retenta tamen decima anserum totius parrochie, preterquam de proprietate prioris, et decima culture Durandi Borderii, que est de feodo Castellorum[1], et decima lini et canabi de ultra torrentem, preterquam de terra prioris propria, que vocatur ad Parvilanderiam ; de vineis autem suis propriis, quas propriis sumptibus dictus Bartholomeus et ejus heredes excolent, decimam monachis non persolvent. Si vero vineas suas aliis

1. Les Grand et Petit-Châtelliers, commune de Neuville (Indre-et-Loire).

forsitan tradiderint excolendas, monachi inde plenariam percipient decimationem. De tota etiam terra quam in parrochia Sancti Medardi de Pila dominus ejusdem ville possidet, sive propriis sive alienis colatur sumptibus, monachi decimas libere percipient et quiete, preterquam decimas superius exceptas nominatim. Alias quoque decimas, quas in eadem parrochia monachi percepisse et possedisse noscuntur, absque aliqua reclamatione et inquietudine in perpetuum pacifice possidebunt.

In cujus rei memoriam et munimen, presentes litteras conscribi fecimus et impressione sigilli curie Turonensis communiri, ne fortassis in posterum per alicujus maliciam possint enervari.

Actum anno Verbi Incarnati millesimo ducentesimo octavo decimo, mense julio, ordinationis autem domini Johannis Turonensis archiepiscopi anno decimo.

168. — 1218, septembre. — TESTAMENT DE RICHOLDE, DAME DE SAINT-MARS-LA-PILE. — (Copie du XIIIe siècle, Archives d'Indre-et-Loire, H 498.)

Testamentum dominæ de Sancto Medardo de Pila [1].

Hoc est legatum domine Richoldis de Sancto Medardo de Pila.

Et primo dixit quod debebat tria milia solidorum, quod debitum primo reddi precepit de redditibus de Sancto Medardo [2], de Nemore et de Aline, quos redditus in manu sua tenebat pro quadam summa pecunie quam tradidit Guillelmo, filio suo, Iherosolimam proficiscenti; sed de redditu de Sancto Medardo dimisit Bartholomeo, nepoti suo, et domine Scolastice, molendinum, furnum, et vinum, et ordeum, et avenam de presenti anno et de sequenti; et, exceptis ordeo et avena, retinuit sibi omne bladum de grangia de Sancto Medardo, et prata, et denarios, et omnes redditus de Nemore, de quibus reddi-

1. Ce titre est écrit au verso du document d'une écriture du XIIIe siècle.
2. Saint-Mars, *modo* Cinq-Mars-la-Pile, canton de Langeais (Indre-et-Loire).

tibus, sicut diximus, precepit ut primo dictum debitum reddatur.

Quo reddito, precepit ut quicquid residuum fuerit, consilio et assensu M[ainardi], abbatis Beati Juliani Turonensis ; [W. de Rogerio][1]; Philippi de Montsorel; Bartholomei, nepotis sui ; Aimerici, filii sui ; Johannis, prioris Sancti Juliani ; Gosleni, prioris de Sancto Medardo, et Aimerici, capellani ejusdem ville, pro remedio anime sue, pauperibus et locis quibus viderint expedire erogetur ; et, si redditus istius anni de Aline non sufficerent ad solutionem centum librarum, de redditibus sequentis anni persolventur.

Precepit ut moniales Belli Montis [2] haberent xx libras turonensium ad [emendum] redditum pro anniversario suo singulis annis faciendo.

Dimisit : pro officio sepulture sue perficiendo, xx libras ; abbatie Beati Juliani Turonensis, c solidos ; capellano suo de de Sancto Medardo, pro annuali et alio servicio, LXXIIII solidos ; monialibus de Logis [3], L solidos ; priorisse de Logis, xv solidos ; monialibus de Rareio [4], xxv solidos ; Gracuo (?) Cisterciensis ordinis, XL solidos ; abbatie Sancti Florentii [5], c solidos ; Sancto Hylario de Nemore [6], x solidos ; Sancto Mauritio Turonensi [7], v solidos ; Majori Monasterio [8], v solidos ; Sancto Mauritio [9] Andegavensi, v solidos ; mulieribus leprosis Funtis Ebraldi [10], xx solidos ; septem monialibus nepti-

1. Ce nom est ajouté en interligne d'une encre plus pâle.
2. Beaumont-lès-Tours, ancienne abbaye de femmes O. S. B., aujourd'hui commune de Tours.
3. Les Loges, ancien prieuré de femmes, commune de la Breille (Maine-et-Loire).
4. Peut-être Relay, ancien prieuré dépendant de Fontevrault, commune de Pont-de-Ruan (Indre-et-Loire).
5. Saint-Florent, abbaye O. S. B. en la ville de Saumur (Maine-et-Loire).
6. Saint-Hilaire-du-Bois, canton de Vihiers (Maine-et-Loire).
7. Saint-Maurice, *modo* Saint-Gatien, église cathédrale de Tours.
8. Marmoutier, abbaye O. S. B., commune de Sainte-Radegonde (Indre-et-Loire).
9. Saint-Maurice, église cathédrale d'Angers.
10. Fontevrault, abbaye de femmes O. S. B., canton de Saumur (Maine-et-Loire).

bus suis, VII libras ; monialibus de claustro, X solidos ; Gauterio et P., filio ejusdem, VI libras ; monialibus de la Fresneie [1], X solidos ; ad casulam emendam in ecclesia Sancti Medardi, LX solidos ; Avrille [2], V solidos ; domibus elemosinariis de Turonis, XX solidos ; famulabus suis, XL solidos ; priori de Sancto Medardo, XV solidos ; monialibus de Boelio [3] et Sancte Genovefe [4], [. . . .] solidos ; Chaloche [5] et Buxerie [6], XX solidos [7], [. . . .] ecclesie Beate Marie Carnotensis [8], X solidos ; domui elemosinarie de Castro Duno [9], V solidos ; Ponti de Turoni, V solidos ; Hodeerio, monacho, X (?) solidos ; ad emendum sotulares et tunicas pro pauperibus, XIII libras [10].

Actum fuit hoc anno gratie M° CC° XVIII°, mense septembri.

In sepultura domine Richoldis XI librarum donum (?) fecerunt ex. . . . .

169. — 1218, décembre. — CHARTE PAR LAQUELLE JEAN DE FAYE, ARCHEVÊQUE DE TOURS, ATTESTE QUE LES AUMONIERS DE FEU PIERRE MAINGOT LUI ONT DÉCLARÉ QUE, PAR SES DERNIÈRES VOLONTÉS, IL AVAIT CONSTITUÉ TRENTE SOUS DE RENTE AU PROFIT DES MOINES DE SAINT-JULIEN. — (Copie, B. N., Latin 5443, p. 35.)

1. La Fresnaye, ancien prieuré dépendant de l'abbaye de Saint-Sulpice de Rennes, commune de Cléré (Indre-et-Loire).
2. Avrillé, canton de Langeais (Indre-et-Loire) ou peut-être Avrillé, canton d'Angers (Maine-et-Loire).
3. Le Boulay, ancien prieuré dépendant de l'abbaye d'Étival-en-Charnie, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
4. Sainte-Geneviève, *alias* Saint-Denis, ancien prieuré dépendant de l'abbaye de Nyoiseau, commune de Breil (Maine-et-Loire).
5. Chaloché, ancienne abbaye de l'ordre de Cîteaux, commune de Corzé (Maine-et-Loire).
6. La Boissière, ancienne abbaye de l'ordre de Cîteaux, commune de Denezé-sous-le-Lude (Maine-et-Loire).
7. Ce qui suit est écrit en caractères quelque peu différents au verso du parchemin.
8. Notre-Dame de Chartres, église cathédrale du diocèse de Chartres.
9. Châteaudun, chef-lieu d'arrondissement (Eure-et-Loir).
10. Au-dessus de *sotulares* en interligne *LX solidos* et au-dessus de *tunicas* également en interligne *X libras*, ce qui fait au total 13 livres.

Johannes, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus . . . salutem.

Notum facimus quod, coram nobis, elemosinarii defuncti Petri Meingodi, videlicet : R[obertus], abbas de Baugeriaco[1], Matheus de Raes, Robertus, filius defuncti Nicolai Meingodi, . . . et . . . , uxor dicti Petri, recognoverunt quod idem P[etrus] Meingodi in ultima dedit voluntate conventui Sancti Juliani triginta solidos ad pitanciam in die anniversarii sui in burgo ipsorum monachorum de Chalereio super teneuris Simonis de Rupibus et Johannes Guiardi... quam elemosinam conservare tenetur supradictis Robertus, nepos defuncti memorati.

. . . MCCXVIII, mense decembri.

170. — 1218, environ. — Charte de Guillaume Prévost, évêque de Poitiers, vidimant les lettres de la donation de Chateau-Bourdin par Hugues et Guillaume L'Archevêque. — (Copie faite sur l'original « scellé du sceau de l'évesque de Poitiers, sur lacs de soye rouge, ou cordon plat », B. N., Latin 5443, p. 62.)

Willelmus, Dei gratia Pictavensis episcopus, universis Xpisti fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Nobiles viri, Hugo, dominus Partiniacensis, et Willelmus Archiepiscopi, filius suus, nobis humiliter per suas litteras supplicarunt quatinus libertatem quam ville de Castro Bordini liberaliter contulerunt, auctoritatis nostre dignaremur munimine roborare, cujus videlicet libertatis litteras inspeximus in hec verba :

[Ici le texte du nº 164].

Nos vero, predictorum nobilium justis acquiescentes petitionibus, eorumdem factum super libertate prenominata auctoritate nostra et presencium testimonio duximus confirmandum.

171. — 1219, janvier. — Lettres de Robert, évêque de Bayeux, qui, sur la présentation de l'abbé de Saint-Julien,

1. Beaugerais, ancienne abbaye de l'ordre de Cîteaux, commune de Loché (Indre-et-Loire).

CONFÈRE L'ÉGLISE DE MEUVAINES A RAOUL BIGOT, CLERC. — (Copie, Archives du Calvados, registre A 151, f° 394.)

Robertus [1], Dei gratia Baiocensis episcopus, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, in Domino salutem.

Noveritis nos, ad presentationem abbatis et conventus Sancti Juliani Turonensis, contulisse Radulpho Bigot, clerico, ecclesiam Sancti Maretis de Mevana [2], ipsumque instituisse personam ejusdem ecclesiæ, ita quod eam habeat et possideat in perpetuum cum omnibus ad altagium pertinentibus, et cum terra elemosine [3], et cum capella et decima de Marrona [4] in integrum, sicut Richardus, predecessor illius, eamdem ecclesiam disnoscitur possedisse, salvo jure cujuslibet et honore concilii.

Actum anno Domini M° CC° octavo decimo, mense januario.

172. — 1219, février. — CHARTE DE L'OFFICIAL DE TOURS ATTESTANT LA DONATION FAITE A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN DE DEUX SETIERS DE BLÉ PAR FEU GEOFFROY DU MOULINET, ET LA RATIFICATION DE SA DONATION PAR JEANNE, SA VEUVE. — (Original parchemin, dont il ne reste plus que deux bandes, Archives d'Indre-et-Loire, H 461. — Copie, B. N., Latin 5443, p. 35.)

Magister A., officialis curie Turonensis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverint universi quod bone memorie Gaufridus de Molineto, miles, agens in extremis, dedit Deo et ecclesie Beati Juliani Turonensis, pro remedio anime sue et antecessorum suorum, in puram et perpetuam elemosinam, duos sextarios bladi, unum scilicet frumenti et alium siliginis, in graingneria

1. Robert des Ableiges, évêque de Bayeux, 1206-1231.

2. Meuvaines, canton de Ryes (Calvados).

3. Il s'agit probablement ici d'une terre possédée en aumône, une *tenure d'aumône*. « Aumône — dit l'ancienne coutume de Normandie — est en quoi le Prince ne retient rien le terrien, ni jurisdiction, ni dignité, et de ce sa jurisdiction et dignité appartient du tout à l'Eglise. » H. Dasnage, *La coutume réformée du païs et duché de Normandie*, Rouen, 2e édition, 1701, in-fol., t. I, p. 188.

4. Maromme, hameau commune de Meuvaines (Calvados).

sua sita prope anteriorem calciatam stangni sui de Molineto [1], que dicitur graingneria Garini de Rocherello. Reddentur autem illi duo sextarii annuatim in festo Sancti Michaelis ad mensuram de Nozilleio [2], a possessore illius graingnerie, quicumque sit ille, abbati Sancti Juliani, vel mandato ipsius.

Postmodum vero, eodem milite in ecclesia Beati Juliani ecclesiasticam sepulturam assecuto, Johanna, uxor ejusdem militis, coram nobis constituta, don[ationem] [3] a marito suo ecclesie Beati Juliani, nomine elemosine factam, concessit [. . .] et elemosinam ipsam predicte [ecclesie] in manu nostra firmavit.

Pres[entibus Guillelmo] de Ro[sariis ; W. de Nogento . . .] ico de [. . .]

[M° CC° XVIII°, mense februario.]

173. — 1218-1222. — Charte de Pierre de Fougères, évêque de Rennes, attestant le bail de la terre de Chamarbot fait par Mainard, abbé de Saint-Julien, a Pierre, frère de Foucaud, sa vie durant, a charge d'en payer cinq sous de rente au prieur de Saint-Cyr de Rennes. — (Original parchemin, jadis scellé sur double queue de parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 488. — Copie, B. N., Latin, 5.443, p. 127 [4].)

Universis Xpisti fidelibus presentes litteras inspecturis P[etrus] [5], Dei gratia Redonensis episcopus, salutem in Domino.

Causa recordationis et memorie constare volumus universis quod domnus M[ainardus], venerabilis abbas Sancti Juliani Turonensis, in nostra presentia [constitutus], cum assensu et voluntate capituli sui, dedit et concessit Petro, fratri Foquaudi, famulo d[omini comitis Britannie], terram suam cum omni jure suo de Chamarbot libere et in pace [. . . .], reddendo sin-

1. Le Moulinet, ancien fief et moulin, commune de Nouzilly (Indre-et-Loire).

2. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).

3. Les mots entre crochets sont fournis par la copie.

4. Les passages entre crochets sont effacés sur l'original et sont fournis par la copie.

5. Pierre de Fougères, évêque de Rennes, 1210-1222.

gulis annis priori Sancti Cirici[1] v solidos turonensium ad nundinas Sancti Melani, et post [obitum ejus]dem Petri revertetur eadem terra ad dictam abbatiam in eodem statu quo ipse [. . . . .]

Et ad majus testimonium et munimen perpetue firmitatis [presentes litteras sigillo nostro] volumus confirmari.

174. — 1220. — Accensement fait par l'abbé Mainard d'une maison située près de l'aumonerie de Saint-Julien. — (Original parchemin, Bibliothèque de Tours, manuscrit 1.278, p. 276.)

Cirographum[2]. — Frater Mainardus, humilis abbas, totusque conventus ecclesie Beati Juliani Turonensis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Universis volumus innotescat quod nos domum nostram [. . . . .] elemosinariam nostram, que fuit Ivonis Borgensis et Hodeardis, uxoris sue, tradidimus Garino Brito[ni] et Theophanie, uxori sue, et heredibus eorum in perpetuum possidendam ad censum sexaginta et decem solidorum, quorum viginti in Nativitate Beati Johannis et viginti sol[idi] in festo Beati Bartholomei, magistro priori, nomine conventus nostri, et quindecim in festo Beati Bricii et quindecim in festo Sancti Albini mandato abbatis, annis singulis, persolventur.

Condictum fuit enim quod Garinus et uxor sua mittent viginti quinque libras infra duos annos ad domum meliorandam, de qua melioratione facienda plegii sunt : Willelmus de Bes, Rag[inaldus] de Bes, Johannes Gastinel et Rossellus Olearius. Et si forte contingeret lapideam domum destrui quoquo modo, quod absit, juxta posse sua reedificatione tenentur. Preterea Garinus et uxor sua, vel heredes sui, poterunt vendere domum predictam, vel pignori obligare, sed nulli nisi nobis poterunt in elemosinam assignare.

In cujus rei memoriam presentes litteras sigillorum nostrorum impressione fecimus communiri.

1. Saint-Cyr-lès-Rennes, commune de Rennes (Ille-et-Vilaine).
2. Partie inférieure des lettres.

Actum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo, salvo censu nostro et jure.

175. — 1220. — CHARTE D'AUDEBERT, « DOMINUS MONTISMORILII », PAR LAQUELLE IL DONNE A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN CINQ SOUS DE CENS SUR UNE TERRE SITUÉE A SAINT-GEORGES-SUR-CHER. — (Copie, B. N., Latin, 5.443, p. 91.)

Omnibus. . . . Audebertus, dominus Montismorilii, salutem. Notifico quod ego, pro salute animee mee et fratris mei, Bernardi, et Aaliz, uxoris mee, et parentum meorum, cum assensu dicte uxoris mee et filiarum mearum, Godeoldis et Monthleone, ad quas hereditas mea post decessum meum devolvenda est, cum tunc temporis nullos alios heredes haberem propinquiores, in perpetuam elemosinam abbatie Beati Juliani dedi quinque solidos turonensis monete annui redditus de censibus meis apud Salicem Arriman in parochia Sancti Georgii[1]. Insuper quitavi eidem abbatie sex denarios censuales quos, singulis annis, michi reddere tenebatur de terra quam habet in feudo meo, apud Salicem Arriman.

Teneor eciam tamen facere quod sex denarii, quos domino Guillelmo Turpin dicta abbatia debebat, eidem quitentur.

. . . . sigilli mei impressione anno gratie M. CC. XX.

176. — 1220. — TITRE PAR LEQUEL APPERT QUE BARTHÉLEMY DU PLESSIS RECONNAIT DEVOIR AUX ABBÉ ET RELIGIEUX DE SAINT-JULIEN UN MUID DE FROMENT DE RENTE, MESURE DU PONT DE TOURS, A VALLIÈRES. — (*Inventaire des titres de la seigneurie de Vallières*, Archives d'Indre-et-Loire, H 517, p. 27.)

177. — 1220 (v. s.) mars[2]. — CHARTE DE JEAN DE FAYE, ARCHEVÊQUE DE TOURS, ATTESTANT QU'EN SA PRÉSENCE AIMERY DE ROUGÉ A DONNÉ A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN LES DIMES QU'IL POSSÉDAIT A ECHEMIRÉ. — (Copie, B. N., Latin 5.443, p. 68.)

1. Saint-Georges-sur-Cher, canton de Montrichard (Loir-et-Cher).
2. L année 1220 a été comptée du 29 mars 1220 au 11 avril 1221. Cette charte est donc ou du 29 au 31 mars 1220 ou du mois de mars 1221.

Johannes, Dei gratia archiepiscopus Turonensis, omnibus . . . . salutem.

Notum vobis facimus quod Aimericus de Rogeio, Andegavensis diocesis, coram nobis, dedit, cum assensu nostra *(sic)*, ecclesie Beati Juliani Turonensis, pro redempcione anime sue et antecessorum suorum, in perpetuam elemosinam, totam decimam suam bladi, vini, cascabi et aliorum fructuum, quam habebat in feodo domini Eschemeriaci[1].

. . . . . fecimus [primum][2] ad partium petitionem sigilli nostri munimine corrobari.

Anno gratie M. CC. XX., mense martis, ordinationis nostre XII.

178. — 1220, novembre. — Acte dans lequel M[ainard], abbé de Saint-Julien, J[ean], son prieur, et maitre Richard, chanoine de Tours, sont les juges désignés par le pape pour statuer sur un litige entre l'abbaye de Marmoutier et Aimery Daniel. — (Imprimé, *Cartulaires du Bas-Poitou*, p. 73.)

179. — 1221, fin mai. — Sentence rendue en faveur d'Agnès, sœur de Milon du Serrain, au sujet de propriétés sises a Nouzilly auprès de la Chauverie. — (Original parchemin, scellé jadis de trois sceaux sur double queue de parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 489.)

Nicholaus, cancellarius, A., archipresbyter, et Andreas de Cancellis, canonicus Turonensis, omnibus qui presentes litteras viderint, salutem in Domino.

Noverint universi quod, cum Agnes, mulier, soror Milonis dou Sartrin[3], Aleis la Heloise, coram nobis, auctoritate apostolica, traheret in causam, super quadam terra, nemore et vinea judicio inspectis, que site sunt in parrochiei *(sic)* de Nozi-

1. Echemiré, canton de Baugé (Maine-et-Loire).
2. Ce mot est en interligne sur la copie.
3. Le Serrain, ancienne commune réunie à celle de Semblançay en 1821. Carré de Busserolle (*Dictionnaire d'Indre-et-Loire*, t. VI, p. 73) donne comme ancienne forme du nom de cette paroisse *Sartrinum*.

leio[1], apud locum qui dicitur la Chauverie[2], quas dicta Agnes asserebat a Saligodo, fratre suo, dicte Aaleis et Gaufredo, quondam marito suo, pro duodecim solidis turonensium fuisse pignori obligatas, eadem Aaleis, hoc negando, in modo exceptionis proposuit se, dictumque maritum suum, res illas legitime comparasse, et quod postea litigatum fuit inter ipsas super eisdem rebus in curia domini G., archidiaconi Turonensis, et in tantum processum quod ipsa per sententiam ab impetratione dicte Agnetis extitit absoluta ; lite igitur super intentione utriusque partis legittime contestata, testibus receptis, attestationibus publicatis, auditis rationibus et allegationibus coram nobis hinc inde in jure propositis, quia nobis per testes constitit ydoneos predictam Agnetem intentionem suam sufficienter probavisse, memorata Aaleis intentionem suam non probante, habito prudentum virorum consilio, sententiando pronuntiavimus quod dicta Aaleis, solutis ei ab ipsa Agnete duodecim solidis, res predictas memorate Agneti restitueret.

Actum anno gratie M° ducentesimo XX°I°, in fine maii.

180. — 1222. — Charte par laquelle Guillaume l'Archevèque, seigneur de Parthenay, fait don au prieuré de Chateau-Bourdin d'une partie de la forèt d'Allonne. — (Copie, B. N., Latin 5.443, p. 62.)

Ego, Willelmus Archiepiscopi, dominus Partiniaci[3], omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod, cum domus monachorum de Castro Bordin[4] chaufagium suum et omnia usagia sua per totum boscum Alone[5] haberet, ex dono domni Hugonis Archiepiscopi, patris mei, et mee *(sic)*, postmodum, de assensu et voluntate domini Meenardi, tunc temporis abbatis, et capituli Beati Juliani Turonensis et prioris de Castro Bordin, ego Willelmus Archiepiscopi partem feci de dicto nemore ecclesie

1. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
2. La Chauverie, *modo* la Chauvelière, commune de Nouzilly.
3. Parthenay, chef-lieu d'arrondissement (Deux-Sèvres).
4. Château-Bourdin, commune de Saint-Pardoux (Deux-Sèvres).
5. Allonne, canton de Secondigny (Deux-Sèvres).

Beati Juliani Turonensis et domui de Castro Bordin, pro chaufagio et usagiis dicte domus de Castro Bordin, certasque posui metas, per quas pars assignata monachis dividetur, et partem illam quiptam et liberam omnino ecclesie nominate, sicut metata est, dimisi et quiptavi et concessi, bona fide, quod tam ego, quam heredes mei. . . . defenderemus.

Aimericus vero de Castello, miles, in mea presentia, assensu matris et uxoris sue et omnium fratrum suorum, quodquod juris habebat in parte nemoris supradicta donavit.

. . . . . presentem kartam sigillavi de assensu et petitione Aimerici de Castello, militis, nominati. . . anno Domini M. CC. XXII.

Sub his testibus : Chatardo, priore Partiniaci Veteris ; Willelmo Doirum, Petro Amenum, Petro Villani, Willelmo Botet, militibus ; magistro Aimerico de Hyspania, Willelmo Riboterii, Andrea Donade, clericis meis, et pluribus aliis.

181. — 1222 (v. s.) avril[1]. — DONATION PAR JEAN DE BREHEMON, CHEVALIER, AUX ABBÉ ET RELIGIEUX DE SAINT-JULIEN, DE DIX SOLS DE RENTE ET CENS A PRENDRE SUR LE LIEU APPELÉ *Malliacum*, CHACUN AN, AU TERME DE TOUSSAINT. — (*Inventaire des titres de la seigneurie de Vallières,* Archives d'Indre-et-Loire, H 517, p. 27.)

182. — 1222, 10 juillet. — SENTENCE RENDUE PAR L'OFFICIAL DU MANS CONTRE DREUX DE MELLO AU PROFIT DU PRIEUR DE BEAUMONT-LA-CHARTRE. — (Original parchemin, jadis scellé d'un sceau pendant, Archives d'Indre-et-Loire, H 479.)

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cenomanensis, salutem in Domino.

Cum peteret, coram nobis, prior Bellimontis de Carta[2] sibi justiciam exhiberi de nobili viro Drocone de Merloto, eo quod ipse Droco prioratum ejusdem prioris per violentiam sesive-

1. L'année 1222 ancien style ayant commencé le 3 avril 1222 et fini le 23 avril 1223, cet acte est ou du 3 au 30 avril 1222 ou du 1er au 22 avril 1223.

2. Beaumont-la-Chartre, canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).

rat, et ibidem custodes posuerat, in contemptum ejusdem, per duodecim dies, et a molendinario et medietariis ipsius prioris, fidem [. . . . .] de proventibus non reddendis nisi sibi, et prata ejus similiter idem Droco fecerat defalcari; et predictus Droco in contrarium exciperet hec omnia se fecisse, utendo jure suo, quia hoc erat antiqua consuetudo, prout ipse proponebat, quod cum aliquis conqueritur de hominibus prioris ejusdem super re mobili, domino de Carta[1] prior requirit curiam, et, curia sibi reddita, tenet eam de conquerentibus, coram domino de Carta, et quia, prout ipse similiter asserebat, quidam homo conquestus fuerat de quodam homine prioris et reddita priori curia, ipse prior nolebat eam tenere de illo homine coram domino de Carta, idem Droco fecerat omnia supradicta; et predictus prior hec negaret.

Testibus ex parte dicti Droconis ad hec probanda productis, attestationibus publicatis, allegationibus et confessionibus utriusque partis diligenter inspectis et auditis, omnibusque rite peractis, nos, habito respectu ad utriusque partis confessiones et allegationes et alias rationes, que nos movebant et movere poterant, communicato prudentum virorum consilio, sentencialiter diffinivimus sepefatum Droconem in sua probatione penitus defecisse, eidem priori pro interesse suo et dampnis sibi hac ocasione illatis circa eundem Droconem, decem libras turonensium taxatione legali cum juramento prioris facta, adjudicantes, ipsum Droconem nichilominus in expensis decem librarum turonensium eidem priori, legittima taxatione habita, condempnantes.

Actum anno gracie M° CC° XX° secundo, mense julio, die Dominica post festum sancti Martini estivalis.

1. La Chartre-sur-le-Loir, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Saint-Calais (Sarthe). Dreux de Mello, seigneur de Loches, était marié à Isabelle de Mayenne, fille de Juhel, seigneur de Mayenne et de la Chartre, mort le 4 mai 1220, et sœur de Jeanne de Mayenne, femme de Pierre de Vendôme, dame de la Chartre dès 1233. On pourrait déduire du texte de cette charte que Dreux de Mello a possédé lui-même la seigneurie de la Chartre après son beau-père et que c'est en cette qualité qu'il fit saisir les biens du prieur de Beaumont.

183. — 1222, novembre. — Charte de Jean de Faye, archevêque de Tours, attestant l'accord établi entre l'abbaye de Saint-Julien et Pierre Tirel, au sujet de la possession de la Tillerie, située entre Saint-Pierre-des-Corps et Saint-Loup. — (Copie du xve siècle sur papier, Archives d'Indre-et-Loire, H 471.)

Johannes, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus Xpisti fidelibus ad quos presentis scripti noticia pervenerit, salutem in Domino.

Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire quod, cum contencio verteretur inter abbatem et conventum Sancti Juliani Turonensis, ex una parte, et Petrum Tirelli, militem, ex altera, super quamdem teneura *(sic)* que vocatur Tillereia, quam idem abbas et conventus in elemosinam tenent, inter ecclesiam Sancti Petri de Corporibus [1] et ecclesiam Sancti Lupi [2] sitam, extra civitatem Turonensem ad orientem; tamdem, post multas altercationes, dictus Petrus Tirelli, miles, in presencia nostra constitutus, saniori ductus consilio, recognovit se nichil juris in eadem habere teneura, eamque ecclesie Sancti Juliani T[uronensis] et monachis ibidem Deo servientibus perpetuo possidenda *(sic)* concessit et quitavit. Promisitque, fide prestita in manu nostra, quod nunquam de cetero in eadem teneura, per se vel per alium, aliquid reclamaret, et quod eam pro posse suo contra omnes mortales deffenderet, si quis forte in posterum super eamdem teneura *(sic)* contra dictam ecclesiam moveret questionem.

In cujus rei memoria, ad peticionem parcium, presentes litteras conscribi et sigilli nostri inpressione fecimus roborari.

Actum anno gracie M° CC° XX° secundo, mense novembri.

184. — 1222, 7 décembre. — Charte de Guillaume, official de Tours, attestant la restitution faite a l'abbaye de Saint-Julien par Raoul du Verger et Élisabeth,

1. Saint-Pierre-des-Corps, canton de Tours-sud (Indre-et-Loire).
2. Saint-Loup, ancienne abbaye située sur la paroisse de Saint-Pierre-des-Corps, au lieu dit aujourd'hui Saint-Marc.

SON ÉPOUSE, DE LA DIME DES BOIS DE SAINT-MARS. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 498.)

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presentis scripti noticia pervenerit, magister Willelmus, officialis curie Turonensis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod, cum Radulfus de Viridario, dominus de Sancto Medardo de Pila [1], spoliasset monasterium et monachos Sancti Juliani Turonensis omnibus decimationibus de exemplis nemorum de Sancto Medardo, que videlicet decimationes ad idem monasterium, ex donatione defuncti Andree, quondam domini de Sancto Medardo, pertinere noscuntur, sicuti in litteris bone recordationis Hugonis, quondam Turonensis archiepiscopi [2], necnon et in litteris magistri Aimari, quondam officialis curie Turonensis [3], vidimus plenius contineri ; tandem, post multas altercationes, idem Radulfus, saniori ductus consilio, in presentia nostra constitutus, easdem decimationes dicto monasterio reddidit et quitavit, jurans, tactis sacrosanctis evangeliis, quod nunquam de cetero in eisdem decimationibus aliquid reclamaret, nunquam contra suum sacramentum veniret, nec contra tenorem dictarum litterarum aliquid attemptaret adversus supradicti monasterii abbatem et conventum.

Elisabeth autem, uxor ejusdem Radulfi, dictam quitationem et pacem coram mandato nostro gratanter concessit, promittens se eam libentissime ratam habituram atque gratam.

In cujus rei memoriam presentes litteras conscribi et sigillo curie Turonensis fecimus communiri.

Actum anno gratie M° CC° vicesimo secundo, mense decembri, in octaba Sancti Andree apostoli [4].

1. Saint-Mars, *modo* Cinq-Mars-la-Pile, canton de Langeais (Indre-et-Loire).

2. Voir ci-dessus n° 80, p. 100.

3. Voir ci-dessus n° 167, p. 189.

4. Dans la même liasse, H 498, se trouve une autre charte dont le texte est absolument semblable à celui-ci mais qui ne contient pas la phrase : *Elisabeth autem, etc.* Elle est d'ailleurs datée différemment : *Actum anno gratie M° CC° XX° II° mense octobri, die mercurii ante festum Omnium Sanctorum* (26 octobre 1222).

185. — 1224, 8 décembre. — SENTENCE DE GEOFFROY, ARCHIDIACRE D'OUTRE-LOIRE, QUI TRANCHE UN LITIGE EXISTANT AU SUJET D'UN FOSSÉ ENTRE LE PRIEUR DE BEAUMONT-LA-CHARTRE ET HUGUES DE VERZAI. — (Original parchemin en fort mauvais état, Archives d'Indre-et-Loire, H 954.)

Universis presentes litteras inspecturis, Gaufridus, archidiaconus Transligerinus, salutem in Domino.

Noveritis quod, cum prior Bellimontis de Karta[1], coram nobis, conquereretur de Hugone de Verzaio, milite, super hoc quod, in feodo ejusdem prioris, dictus [miles . . .] fossatum judicio curie nostre inspectum injuste fecerat bis demoliri, ut dicebat dictus prior, et injuriam in hoc sibi factam estimaverat ad valentiam trigenta solidorum, et dampna ad valentiam decem solidorum ; confessus est dictus miles, in jure, coram nobis, predicto priore presente, quod prima vice eo cooperante, secundo eodem procurante, [fuerat] dictum fossatum demolitum, confessus est etiam dictus miles quod fossatum erat in feodo predicti prioris, sed, in modum exceptionis, opposuit se habere jus [illum] demoliendi ; quod pars prioris negavit.

Et cum lis super ista exceptione fuisset contestata, testibus a parte militis productis, puplicatis (*sic*) attestationibus, prestito sacramento de calumpnia ab utraque parte, factis interrog[ationibus . . .] observato, confessus est idem miles, in jure, coram nobis, parte adversa presente, se nullum jus habere demoliendi pre[dictum fossatum . . .] coram nobis [dictus] miles se nullam servitutem habere, nec viam, nec iter, nec actum in pratis hominum d[icti prioris . . .] aliquam servitutem haberet, omnia qui [. . .] dicto priori, fide prestita in manu nostra, quod nichil ibidem de c[etero . . .] verbo veritatis promisit quod de injuriis et dapnis et expensis occasione littis mote factis si que sibi competerent [. . .] quod nos potestatem taxandi haberemus usque ad summam quinquaginta solidorum et de dicto meo tenendo [. . . . . cum nobis]

1. Beaumont-la-Chartre, canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).

constaret quod miles sepedictus in intentione sua probanda penitus defecisset, et per confessionem ejusdem nobis constaret in predictis dictum militem nullum jus habere et eciam constaret nobis per confessionem dicti militis predictum fossatum esse in feodo dicti prioris ; [. . .] allegationibus hinc et inde, communicato prudentum virorum consilio, per sententiam deffinitivam condempnavimus prenominatum militem dicto priori [, ne] de cetero predictum priorem molestaret, sepedictum fossatum demoliendo vel aliqua alia servitute in predictis pra[tis. . .], condempnantes etiam predicto priori predictum militem ad solutionem viginti solidorum [. . .] pro expensis factis in lite et injuriis et dapnis, infra proximam Purificationem Beate Marie eidem priori solvendorum.

Quod ut ratum esset et stabile, presentes litteras testimoniales sigillo nostro duximus roborandas.

Actum crastino octabarum Sancti Andree apostoli, anno gratie M° CC° XX° quarto.

186. — 1225. — MATHIEU, ABBÉ DE PONTLEVOY [1], ET MAINARD, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, ÉTABLISSENT UNE COMMUNION DE PRIÈRES ENTRE LEURS DEUX ABBAYES. — (Note, *Gallia,* t. VIII, col. 1.383.)

187. — 1225. — DONATION DES DIMES DE LA TERRE DES LANDES [2], SITUÉE PAROISSE DE BLÉRÉ, FAITE, DEVANT L'OFFICIAL DE TOURS, AUX RELIGIEUX DE SAINT-JULIEN PAR MATHIEU BELLE ET OZANNA, SA FEMME. — (*Inventaire des titres du fief de Bléré,* Archives d'Indre-et-Loire, H 513, p. 42.)

188. — 1225. — CHARTE D'ISABELLE, DAME DE BONNEVAU, ATTESTANT L'ACCORD SURVENU ENTRE ELLE ET LES MOINES DE SAINT-JULIEN AU SUJET DE LA DIME D'ÉCHEMIRÉ. — (Original parchemin, jadis scellé de deux sceaux sur double queue de parchemin, Archives de Maine-et-Loire, H 5329.)

1. Pontlevoy, abbaye O. S. B, canton de Montrichard (Loir-et-Cher).
2. La Lande, ancien fief, commune de Bléré (Indre-et-Loire).

Omnibus presentes litteras inspecturis, Hysabellis, domina de Bona Valle[1], salutem.

Noveritis quod, cum contencio verteretur inter me, ex una parte, et monachos Beati Juliani Turonensis, ex altera, super decimacione terrarum in parrochia de Chemire[2] sitarum, quam dicti monachi a me petebant, hac scilicet ratione, quia dicte terre erant, ut dicebant, infra limites decimationis sue ; tandem, post litis contestacionem et testium receptionem, et post multas altercationes hinc inde habitas, mediante bonorum virorum consilio, compositum fuit inter nos tali modo : quod dicti monachi in predictis terris sitis in predicta parrochia de Chemire, super quibus contentio vertebatur, dicti monachi terciam partem decimarum, sive in frugibus, sive in vineis, sive in quibuscumque fructibus in eidem terris crescentibus, percipient de cetero annuatim, et quiete perpetuo sine ulla contradictione possidebunt. Me vero, vel heredes meos, predicti monachi nunquam de cetero super reliquis duabus partibus predictis vexare poterunt, nec aliquociens per se vel per alium molestare.

Nec obmittendum est quod solutio quatuor jaleiarum vini, quam ego predictis monachis, vel eorum mandato, solebam solvere annuatim, nomine decimarum, omnino de cetero cessasabit, nec amplius licebit predictis monachis supradictum vinum a me, vel ab heredibus meis, repetere vel habere.

Duo vero famuli, qui ad trahendam dictam decimam a me vel ab heredibus meis et a dictis monachis statuentur, tenebuntur per fidem michi et dictis monachis quod totam decimam in loco certo, a me vel ab heredibus et a dictis monachis ad hoc communiter deputato, fideliter congregabunt.

Ad hanc pacem fideliter tenendam et inviolabiliter observandam tenemur tam ego quam monachi predicti, fide corporaliter prestita et pena decem librarum apposita, ab ea scilicet parte alii reddendarum que ab ista pace resiliet vel recederet.

1. Bonnevau, ancien fief, commune d'Échemiré (Maine-et-Loire).
2. Échemiré, canton de Baugé (Maine-et-Loire).

In cujus rei memoriam presentes litteras conscribi feci et sigilli mei et sigilli Guidonis de Preaux, militis, ad instantiam dictorum monachorum, munimine roborari.

Actum anno gracie M° CC° vicesimo quinto.

189. — 1225 (v. s.) avril[1]. — Acte par lequel les moines de Saint-Julien s'engagent a acquitter le legs fait en faveur de treize pauvres par Brun de Mont-Brun, ayant reçu de ses exécuteurs testamentaires la somme destinée a l'accomplissement de ce legs. — (Deux copies sur papier, l'une du xve, l'autre du xviiie siècle[2], Archives d'Indre-et-Loire, H 471.)

Frater Menardus, Beati Juliani Turonensis humilis abbas, totusque ejusdem loci conventus, omnibus presentes licteras inspecturis, salutem in Domino.

Quoniam breves dies hominis sunt, et hora mortis incognita, necesse est ut, dum licet ut tempora indulta rapiamus, et sic diem preveniamus extreme messionis, ut, de fructu bonorum operum magnipulos reportantes, in eterna recepti tabernacula et simus cum gaudio presentati cujus sumus carnali commercio reparati.

Ad quod suspirans, Brunus de Monte Bruno de bonis sibi a Deo collatis et concessis perpetuam excogitavit facere elemosinam, que sufficeret ad tredecim pauperes, in honore Dei et pro remedio anime sue, tuniciis[3] et scapitulariis [duarum] ulnarum de burello, et calligiis, et sotularibus vestiendos, ad eorumdem refectionem singulis annis in crastino Omnium Sanctorum faciendam. Ut hec igitur durarent in posterum ad emendos redditus de quibus hec fierent, centum et quinquaginta libras turonensium Johanni, subdecano Beati Martini Turonensis, et aliis exequtoribus testamenti sui tradidit exponendas.

1. L'année 1225 ancien style ayant commencé le 30 mars 1225 et fini le 19 avril 1226, cette charte et la suivante sont ou d'avril 1225 ou du 1er au 18 avril 1226.

2. Nous publions le texte de la plus ancienne copie en ajoutant entre crochets quelques mots qui ne se trouvent que sur celle du xviiie siècle.

3. *Tunicis*, copie du xviiie siècle.

Quia vero pia ejus intencio pio debet effectui mancipari, nos, qui in reparendis ecclesie nostre ruinis nobis non sufficimus, immo auxilio egemus aliorum [1], providentes saluti anime dicti Bruni, et nostre necessitati consulentes, dictis exequtoribus supplicavimus in spiritu humilitatis ut nostro condescenderent deffectui et paupertati nostre ecclesie de predicta pecunia subvenirent, et nos onus de predictis pauperibus vestiendis, sicut dictum est, reciperemus ; et factum est ita.

Ipsi enim exequtores, super nostram afflictionem pia gestantes viscera, dictam pecuniam reparacioni nostre ecclesie exposuerunt, et nos, juramento prestito ab uno fratrum nostrorum in animas abbatis et monachorum omnium et singulorum, eis concessimus tredecim pauper[es sin]gulis an[nis in crastino Omn]ium Sanctorum, videntibus filiis, vel fratribus, vel [elem]osinariis, [vel mandato eor]um, sicut scriptum superius, vestiendos et in refectorio nostro una cum fratribus [nostris] procurandos, presente eo qui ad illos venerit vestiendum ; anniversarium quoque dicti B[runi] in crastino octavarum Sancti Johannis Baptiste, in nostra ecclesia, pulsato sollempniter classico, ante misse celebrationem, annuatim faciemus, fratribusque pitanciam viginti solidorum, in refectionem anime ejus, eodem die tribuemus.

Ad hec autem facienda census nostros de Sancto Lupo [2], exceptis viginti solidis et octo, quos canonici Beati Mauricii Turonensis [3] de eisdem censibus in festo Sancti Lupi singulis annis percipiunt, assignavimus ponentes eosdem census in manu elemosinarii ecclesie nostre, quod ad executionem hujus officii duximus statuendum. Si vero dicti census ad dictum officium non possint sufficere, nos, domos nostras de Chenucum [4] et de

1. Le 24 février 1225 (n. s.) l'église de Saint-Julien fut en partie détruite par un ouragan. Le *Chronicon Turonense magnum,* publié par Salmon, *Chroniques de Touraine,* p. 156, mentionne en ces termes cet événement : *Anno Domini MCCXXIV°..... in festo Sancti Mathiæ apostoli... pars maxima ejusdem ecclesiæ* [*Sancti Juliani Turonensis*] *ad terram ruit...*

2. Saint-Loup, paroisse de Saint-Pierre-des-Corps.

3. Saint-Maurice, *modo* Saint-Gatien, église cathédrale de Tours.

4. Chenusson, commune de Saint-Laurent-en-Gastines (Indre-et-Loire).

Casteneto[1] et de Ausum[2], earumque redditus ad hujus rei suplementum, post decessum eorum qui eas videlicet tenent in presenti, deputamus, obligantes donec de eisdem redditibus redditus ad hoc specialiter faciendum comparemus.

Notandum etiam quod subdecanus et granicarius Beati Martini Turonensis et elemosinarius noster, vel duo eorum, vel unus, si [qui] interesse non poterint, eliget pauperes.

Statuimus insuper, quostienscumque abbas in ecclesia nostra de novo fuerit institutus, ju[rato]riam tenebitur prestare cautionem quod [hanc[3]] nostram institutionem fideliter ob[ser]vabit, quamdiu ecclesie nostre presidebit.

Si vero in predictis pauperibus vestiendis, calciendis et cibandis inventi fuerimus negligentes, subdecano et granicario Beati Martini Turonensis plenariam concedimus potestatem de prebenda quam habemus in ecclesia ejusdem Beati Martini saisienda et tenenda, donec ad satisfactionem de omissione et ad elemosinam restituendam redeamus.

In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras conscribi et sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

Actum anno gratie M° CC° XX° quincto, mense aprili.

190. — 1225 (v. s.) avril. — Charte de l'abbé Mainard réglant les cens et rentes dus a l'abbaye de Saint-Julien par les habitants des Faits près Saunay (Original parchemin, autrefois scellé de deux sceaux sur cordon de soie verte, Archives d'Indre-et-Loire, H 503.)

Hoc est cirographum[4]. — Frater Mainardus, Beati Juliani Turonensis abbas, totusque ejusdem loci conventus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod homines qui habitabunt in terra que dicitur Lesfait Sancti Juliani tales consuetudines

1. Châtenay, commune de Cerelles (Indre-et-Loire).
2. Ausonneau, domaine situé sur les communes de Chinon et d'Huisnes (Indre-et-Loire).
3. Copie ancienne *hic*, moderne *hanc*.
4. Au haut de la pièce, partie supérieure des lettres.

abbatie nostre reddere tenebuntur de eorum tenementis, que talia erunt :

Unusquisque ad herbergagium et plesseium faciendum, unum habebit arpentum, et dimidium arpentum terre ad alios usus sibi necessarios, de hoc tenemento reddent singuli duodecim denarios censuales et quinque solidos de talliata, in Nativitate Beate Marie annuatim, fenatorem et vindemiatorem ; reddent etiam legittimas decimationes et terragium ; et, quando abbas in ecclesia nostra de novo instituetur, habebit talliatam de dictis hominibus, sicut de hominibus de Somniaco[1] ; reddent eciam, ad Nathale Domini singulis annis, de obliagio singuli unam minam avene, unum caponem, unum panem et unum denarium ; et, quando homines de Somniaco portabunt terragium ad abbatiam in augusto, unusquisque eorum quatuor sextaria bladi deferet, panem et vinum in abbatia percepturus, sicut homines de Somniaco percipere consueverunt et habere ; et, quando prior de Somniaco panagiabit terram de Somniaco, dicta terra des Fait similiter panagiabitur. Si vero dicti homines plesseia sua voluerint excolere, vel vineas in eis plantare, terragium et legittimas decimationes, salvo censu nostro, nobis inde reddere tenebuntur. De forragiis vero, paleis, fimo et ceteris hujusmodi, talis erit consuetudo, quod homines utriusque tenementi des Fait ad Somniacum et de Somniaco ad Fait deferent, et conmutabunt, sicut viderint expedire, priore de Somniaco non ostante vel contradicente.

In cujus rei memoriam presentes litteras conscribi et sigillorum nostrorum fecimus munimine roborari.

Actum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo quinto, mense aprilis.

191. — 1225, mai, Saint-Fulgent[2]. — Acte par lequel Mathieu de Mongoubert ratifie l'accord établi, devant l'abbé de Saint-Julien, entre lui et l'abbaye de Marmou-

1. Saunay, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
2. Saint-Fulgent-des-Ormes, canton de Bellême (Orne).

TIER, AU SUJET DE LA DIME DE SA TERRE DE VAUNOISE [1]. — (Imprimé, *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, n° 258.)

192. — 1225, juin. — MAINARD, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, JEAN, PRIEUR DE LA MÊME ABBAYE, ET MAITRE RICHARD, CHANOINE DE TOURS, SONT LES JUGES DÉSIGNÉS PAR LE PAPE POUR STATUER SUR UN LITIGE PENDANT ENTRE L'ABBAYE DE MARMOUTIER ET LE CHAPITRE DE NOTRE-DAME DES FONTENELLES [2]. — (Imprimé, *Cartulaires du Bas-Poitou*, p. 171.)

193. — 1227, 29 juillet, Anagni. — BULLE PAR LAQUELLE LE PAPE GRÉGOIRE IX CHARGE L'ARCHEVÊQUE DE TOURS ET L'ABBÉ DE SAINT-JULIEN DE TOURS DE LEVER LES CENSURES PRONONCÉES CONTRE L'ABBAYE DE LA TRINITÉ DE VENDOME. — (Imprimé, *Cartulaire de la Trinité*, n° MDCCCLXXXIV.)

51 BIS. — Fin du XIe siècle [3]. — NOTICE RELATANT L'ACHAT D'UNE VIGNE FAIT PAR PIERRE, PRIEUR DE LA MILESSE, DE SIGEBERT, BOURGEOIS DE LA MILESSE. — (Original parchemin, sans trace de sceau, Archives d'Indre-et-Loire, H 488.)

Sigebertus, de Milecia [4] burgensis, in terra Hugonis cognomento Scribaris, unum vinee arpennum habebat, quam, paupertate urgente, cooperari nequ[ibat neque] consuetudines de ea reddere, cumque diu inoperata remansisset et jam in solitudinem redacta esset ; tandem utrique, Sigebertus videlicet et Hugo, Petro, monacho Milecie preposito, sine ullius ho[. . . . .]ne et sine ulla consuetudine, quam de ea ulli homini redderet, eam vendiderunt, excepto quod octo denarios census Hugoni vel ejus successoribus pro ea quotannis solveret.

Pro hac autem vinea, Petrus, monachus, duobus prefatis viris Sigeberto atque Hugoni sex solidos cenomannice monete donavit.

Sigebertus hujus vinee venditionem filio suo, Fulchino, ac

1. Vaunoise, canton de Bellême (Orne).
2. Notre-Dame des Fontenelles, ancien chapitre régulier de l'ordre de Saint-Augustin, commune de Saint-André-d'Ornay (Vendée).
3. Cette charte doit prendre place après le n° 51, p. 72.
4. La Milesse, 2e canton du Mans (Sarthe).

filie, nomine Hermengardis, concedere fecit, que pro concessione IIII^{or} denarios habuit.

Decimam hujus vinee pronominatus Hugo, monachis Sancti Juliani, pro anime sue et parentum suorum salute, in perpetuum, Deo inspirante, donavit.

Testes sunt : Albericus, infans [1] ; Hugo de la Sela [2] ; Gaulterius Ravallem ; Menardus Cornardus ; Galterius Flaellusus ; Drogo, sororgius ejus ; Radulfus de Faiberllam ; Herveus, carpenterius ; Xpistianus et frater ejus Herbertus.

1. Il s'agit probablement d'Aubri, fils d'Aubri, seigneur de la Milesse, qui vivait encore en novembre 1091, et d'Adèle *(Voir ci-dessus n° 43 et note 5, page 58).*
2. Le fief de la Celle est situé en la commune de la Milesse.

LAVAL. — IMPRIMERIE V° A. GOUPIL.



CHARTES

DE

L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN DE TOURS

DU XIe AU XIVe SIÈCLE

---

194. — 1228. — CHARTE DE MAINARD, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, PARTAGEANT A DEUX COUSINS, MILON DU SERRAIN ET PIERRE TUAUT, LES BIENS QU'ILS POSSÉDAIENT PAR INDIVIS A NOUZILLY. — (Original parchemin, jadis scellé sur double queue de parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 489.)

Frater Menardus, Beati Juliani Turonensis humilis abbas, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod Milo de Sartrin[1] et Petrus Tuaut sunt cognati germani, et habent hereditates suas in parrochia de Nozilleio[2], in feodo nostro, pro indiviso, scilicet unum arpentum terre ad fontem Sancti Andree[3], ad IIII denarios censuales, et III quarteria juxta pratum defuncte Ade, ad III denarios censuales, et oscham Porpeignee, ad VIII denarios censuales, et

1. Le Serrain, ancienne commune réunie à celle de Semblançay en 1821.

2. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).

3. L'église de Nouzilly est dédiée à saint André.

mansuram que appellatur Lartusière [1], prata et domos et census et terragia et oblita, sicut pertinent masure nominate.

Milo predictus quittavit et reliquit Petro Tuaut et suis heredibus terciam partem rerum predictarum, scilicet modietatem, pro v sexteriis siliginis legitimi, ad mensuram parrochie supradicte, reddendis singulis annis et Miloni et heredibus suis, in festo Sancti Michaelis, ante meridiem, nisi persolventur ante.

Hi vero qui tenebunt predictas hereditates reddent et debent reddere, in area mansure nominate, dictum bladum dicto Miloni et heredibus, quitum ab omnibus costis, nec poterunt nec debebunt honerare res predictas ullis costumis, nec tamen, modo illo que modo sunt, et reddent costumam, pro parte predicti M[ilonis], dominio rerum predictarum. Et si aliqua partium ab ista compositione vellet resilire, alii parti pro pena centum solidos restitueret, et rediret ad frareschiam faciendam.

Et ut hoc ratum et firmum sit, presentes litteras, ad peticionem partium, duximus sigilli nostri munimine confirmandas.

Actum anno Domini M° CC° XX° octavo.

195. — 1228, n. s., 2 janvier, Latran. — CONFIRMATION PAR LE PAPE GRÉGOIRE IX DES POSSESSIONS DE L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN. — (Note, B. N., Latin, 12.677, fol. 202.)

Gregorius IX, papa, monasterio Sancti Juliani Turonensis possessiones et bona confirmat bulla data Laterani IV nonas januarii, pontificatus anno I.

196. — 1228 (v. s.) avril [2]. — ACCORD ENTRE L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN ET DREUX DE MELLO, SEIGNEUR DE MAYENNE, PAR LEQUEL LE SEIGNEUR DE MAYENNE, AFIN D'OBTENIR POUR LES BOURGEOIS DE CERTAINES VILLES L'EXEMPTION DU DROIT DE MARCHÉ A COUPTRAIN, DONNE AUX RELIGIEUX LA MOITIÉ DES COUTUMES DES NOUVELLES FOIRES DE COUPTRAIN. — (Copie du XVIIIe siècle faite sur une copie collationnée à l'original en

1. L'Artusière, commune de Nouzilly.
2. L'année 1228 ancien style commence le 26 mars 1228 et finit le 15 avril 1229 ; cette charte est donc ou d'avril 1228 ou du 1 au 14 avril 1229.

parchemin scellé de deux sceaux le 16 août 1651, par Coullon, notaire royal à Tours, Bibliothèque municipale de Tours, manuscrit 1.278, fol. 286.)

Frater Mainardus, Beati Juliani Turonensis abbas, totusque ejusdem loci conventus, universis Christi fidelibus litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod, cum inter nos, ex una parte, et nobilem virum Droconem de Malleco [1], dominum Meduanæ [2], contentio verteretur, ex altera, super hoc videlicet quod idem Droco volebat quod burgenses sui de Goron [3], de Ambrières [4], de Laliere [5], de Burgo Novello [6] juxta Brelegart [7], de Harperia [8] et de Grahiel [9] quitationem haberent in mercatis nostris de Corpotren [10] ad prioratum ejusdem loci pertinentibus ; et nos econtra nolentes hoc sustinere propter quod, videlicet, antequam dicti burgenses quitationem aliquam haberent in villa de Coupotren, nobis et dicto prioratui data fuerat integra decima costumata præfatæ villæ de Corpotren, et a prioribus ejusdem loci longo tempore habita et possessa ; tandem, pro bono pacis et pro benevolentia prædicti domini habenda, prædictarum villarum burgensibus quitationem, prout petebat prædictus dominus, eisdem concessimus habendam, tali conditione apposita, quod dominus Droco sæpedicto prioratui liberaliter dedit et concessit medietatem costumæ nundinarum de novo constitutarum in villa de Corpotren, in festo Decolationis Sancti Johannis Baptistæ habendam de cetero annuatim, cum

1. *Sic* dans la copie pour : *Melloto*.
2. Mayenne, chef-lieu d'arrondissement du département de la Mayenne. — Dreux de Mello était marié à Isabelle, fille de Juhel de Mayenne décédé en Egypte le 4 mai 1220.
3. Gorron, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Mayenne.
4. Ambrières, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Mayenne.
5. Peut-être les Hálliers, commune du Bourg-Nouvel (Mayenne) ?
6. Bourg-Nouvel, canton de Mayenne.
7. Belgeard, commune de Bourg-Nouvel (Mayenne).
8. La Herperie, commune de Bourg-Nouvel (Mayenne).
9. Peut-être Grazay, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Mayenne ?
10. Couptrain, canton de Javron (Mayenne).

omnibus pertinentiis ad præfatas nundinas pertinentibus, exceptis tribus magnis placitis, videlicet : raptu, incendio et multro, cum pertinentiis eorumdem placitorum, et decimam dictarum nundinarum.

Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo vicesimo octavo, mense aprili.

197. — 1229, juin. — DONATION FAITE A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN, PAR ÉTIENNE POSTEL, DE LA DIME DES TERRES QU'IL POSSÉDAIT EN FIEF DANS LA PAROISSE D'ATHÉE. — (Copie dans l'*Inventaire des titres du fief de Bléré*, H 513, p. 62.)

Magister Michael, officialis curiæ Turonensis, omnibus præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, constitutus in præsentia nostra, Stephanus Postel dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam ecclesiæ Beati Juliani Turonensis omnes decimas de terris suis, quas habet et possidet in feodum, in parrochia de Atheis [1] sitis, et omne jus eidem Stephano competiturum, ratione decimationis, jure successionis, tam ex parte matris suæ quam ex parte parentum suorum ; ammonitione tamen prius facta a nobis, quod dictas decimas ecclesiæ de Atheis, in cujus parrochia dictæ decimæ consistunt, conferret, sed ipse Stephanus, hoc renuens facere, denegavit.

Nos vero prefatam concessionem dictarum decimarum, authoritate metropolitana, duximus confirmandam.

In cujus rei memoriam præsentes litteras, ad petitionem partium, conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense junio.

198. — 1230, avril, du 7 au 30 [2]. — ACTE DE MAINARD, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, NOTIFIANT L'ACCORD ÉTABLI ENTRE SON ABBAYE ET DREUX DE MELLO, SEIGNEUR DE LOCHES, AU SUJET D'UN ÉTANG SITUÉ A CHÉDIGNY. — (Original parchemin, scellé du

1. Athée, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
2. L'année 1230 ancien style, commence le 7 avril 1230 et finit le 23 mars 1231.

sceau de l'abbé et de celui de l'abbaye de Saint-Julien, A. N., J 176, 6. — Imprimé, *Layettes du Trésor des Chartes*, n° 2.047.)

Mainardus, Beati Juliani Turonensis minister, totusque ejusdem loci conventus, notam faciunt compositionem inter se et Droconem de Melloto, dominum Locharum, initam de quodam stagno, quod in parrochia de Chedigneio [1], super terra prefati conventus prædictus Droco construi fecerat.

Et ne dictus nobilis vel heredes ipsius a nobis vel successoribus nostris super premissis in posterum valeant molestari, nos eisdem presentes litteras concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratas.

Actum anno gratie M° CC° XXX°, mense aprilis.

199. — 1230, mai. — Charte de Mainard, abbé de Saint-Julien, relatant l'accord établi entre Saint-Julien et Marmoutier au sujet du partage de certains bois. — (Copie du xviie siècle sur papier, Archives d'Indre-et-Loire, H 489.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, frater Mainardus, Beati Juliani Turonensis humilis minister, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverint universi quod inter nos, ex una parte, et venerabiles viros abbatem et conventum Majoris Monasterii, ex altera, contencio verteretur super quibusdam nemoribus inter vallem de Chenucun [2] et fossata Dalidon sitis, que vulgo vocabuntur les Chalonges [3].

Tandem, de bonorum virorum consilio, hinc inde unanimiter composuimus in Lucam, priorem de Cancellis [4], et Reginaldum, priorem de Semitario [5], super divisione predictorum

1. Chédigny, canton de Loches (Indre-et-Loire).
2. Chenusson, commune de Saint-Laurent-en-Gâtines (Indre-et-Loire).
3. Les Chalonges, commune de Beaumont-la-Ronce (Indre-et-Loire).
4. Chanceaux-sur-Choisille, canton de Vouvray (Indre-et-Loire), prieuré de Saint-Julien.
5. Le Sentier, ancienne commune réunie à celle de Monthodon en 1822, prieuré de Marmoutier.

nemorum facienda, solemniter promittentes, sub pena centum marcharum argenti, quod divisionem ab ipsis factam perpetuo servaremus.

Illi autem, vocatis secum bonis viris, ad predicta nemora accedentes, partem ipsorum nemorum territorio Sancti Laurentii de Gatina [1] contiguam, predictis abbati et conventui Majoris Monasterii, et nobis aliam partem territorio nostro de Chenuchum contiguam, decreverunt quiete et libere in perpetuum et proprium dominium remanere, sicut certis metis, a predictis prioribus ibidem positis, signatum est et distinctum, nec ipsi in parte nostra, nec nos in sua, sicut a predictis prioribus partite sunt, aliquid poterimus de cetero reclamare.

Nos autem divisiones et designationes superius assignatas, ratas habentes et firmas, eas sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo, mense maio [2].

200. — 1230, juillet. — Charte de l'abbé Mainard établissant en l'abbaye de Saint-Julien l'office de chambrier. — (Deux copies sur papier, la première « délivrée à frère Arnault de Metal, chambrier de l'abbaye de Sainct-Julien, suyvant l'ordonnance faicte par Monsieur le lieutenant particulier du bailliage de Touraine le XIIIe de juillet l'an mil cinq cens quatre vingtz deux », la seconde « collationnée à l'original qui est en parchemin, avec autres tiltres de la Chambrerie, l'an 1621 », Archives d'Indre-et-Loire, H 473.)

Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis, frater Mainardus, Beati Juliani Turonensis minister humilis, totiusque *(sic)* ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverint universi quod nos, in ecclesia nostra camerarium de novo constituentes, decrevimus ut toti conventui nostro teneatur in posterum providere, scilicet : in vestibus, tam in

1. Saint-Laurent-en-Gâtines, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
2. La copie ajoute : *sigillata duplici sigillo.*

lectis quam extra, necessariis, in calceamentis de cordubano, in mappis, in tersoriis manuum et pedum, in zonis, cultelis, nattis in refectorio, et in ejusmodi [1] necessariis regule nostre congruis secundum consuetudinem approbatam, in staminis, quarum unaqueque quatuor solidorum, in telis, quarum quelibet ulna decem denariorum, in langeolis, quorum par viginti solidorum, in coopertoriis, quorum unumquodque viginti [2] solidorum ad minus supradicto pretio videantur comparari.

Nobis vero abbati, hospitulario, sacriste et eleemosinario, nisi tantum in pelliciis et pedulibus, non tenebitur providere.

Cum vero aliquis monachorum nostrorum de mandato nostro ad aliquem prioratum vel alibi exierit, ita sufficienter indutus exeat, quod saltem ei indumenta sufficiant [3] per tres menses, ut ei similiter a suo priore provideatur ad claustrum denuo revertenti.

Omnia vero supradicta sint adeo congrua et honesta et tempore oportuno ministrata, quod inde in conventu sive prioratibus non possit vel debeat propter defectus camerarii vel priorum merito scandalum suboriri.

Datis autem novis ornamentis, vetera incontinenti dicto camerario sive prioribus, prout contulerint, reddantur, preterquam de nobis abbate et tribus personis superius exceptis, quibus, nisi in pelliciis et pedulibus tenebitur providere, et exceptis veteribus calceamentis, que, a residentibus in claustro, eleemosinario sunt reddenda.

Ceterum vestes, tam monachorum decedentium quam omnium ad nos, causa religionis, transferentium, prefato camerario remanebunt, exceptis culcitris, punctis et coopertoriis, que infirmario nostro remanentia, ab aliquo non poterunt alienari.

Dictus vero camerarius alicui monacho vetera pro novis conferre non poterit ullo modo.

Ad hec autem omnia sufficienter adimplenda, dicto camerario, de communi assensu, assignavimus domum nostram de

1. Copie de 1621, *et hujusmodi.*
2. *Quorum uniusquodque viginti quinque,* copie de 1621.
3. *Sufficient,* copie de 1621.

Castaneto[1], sicut deffunctus Andreas de Cancellis possidebat, exceptis illis que ad prioratum de Cancellis[2] pertinent, et la Hairierre[3], cum omnibus pertinentiis suis, et redditus nostros de Vilers[4] et de Joeto[5], et centum solidos apud Noziliacum[6] in festagiis et censibus nostris, et quadraginta solidos in festagiis nostris de Somniaco[7], et omnes census nostros de Gabrone[8] et de Feritate Mathei[9].

In cujus rei memoriam, de communi assensu, presentes litteras conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo, mense julio.

201. — 1230, 29 septembre, Rouen. — DÉCISION DE L'ÉCHIQUIER DE NORMANDIE RELATIVE AU DROIT DE PATRONAGE DE L'ÉGLISE D'HABLOVILLE. — (Imprimé, *Recueil des jugements de l'Échiquier de Normandie*, Paris, 1864, in-4°, n° 465.)

In scacario Sancti Michaelis M.CC.XXX.

Preceptum est quod judicium factum in assisia Falesie[10] inter abbatem Turonensem [Sancti Juliani] et Nicholaum de Hablovilla[11], clericum, super jure patronatus ecclesie de Hablovilla, per quod judicium dictus abbas et conventus Turonensis contra dictum clericum optinuit, ad finem teneatur, et hoc idem mandavit rex per litteras suas in isto scacario.

1. Châtenay, commune de Cerelles (Indre-et-Loire).
2. Chanceaux-sur-Choisille, canton de Vouvray (Indre-et-Loire).
3. La Harrouère, commune de Cerelles (Indre-et-Loire).
4. Villiers, *alias* le Grand-Cottereau, commune de Limeray (Indre-et-Loire).
5. Les fiefs du Vieux-Joué, commune de Montreuil, et du Jeune-Joué, commune de Saint-Ouen, dépendaient de la Chambrerie de Saint-Julien.
6. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
7. Saunay, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
8. Javron, canton de Couptrain (Mayenne).
9. La Ferté-Macé, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Domfront (Orne).
10. Falaise, chef-lieu d'arrondissement (Calvados).
11. Habloville, canton de Putanges (Orne).

202. — 1230, octobre, Châteaurenault. — CHARTE DE GEOFFROY, VICOMTE DE CHATEAUDUN, ET DE CLÉMENCE, AUTREFOIS COMTESSE DE BLOIS, PAR LAQUELLE ILS RESTITUENT A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN UNE TERRE NOMMÉE LA CARTE, SITUÉE AU BOIS DE CHAMP-BRETON. — (Original parchemin, jadis scellé de deux sceaux sur cordons de soie verte et rouge, Archives d'Indre-et-Loire, H 503.)

Universis Xpisti fidelibus presentes litteras inspecturis, Gaufridus, vicecomes Castriduni [1], salutem.

Noverit universitas vestra quod ego, uxore mea Clemencia, quondam Blesis comitissa, aprobante et volente, de consilio prudentum hominum, quandam terram in bosco de Chanp Breton [2] sitam, que vocatur la Carte [3] Beati Juliani, con ad jus ecclesie Beati Juliani Turonensis spectaret, monachis ejusdem ecclesie benigne reddidi, ipsam in perpetuum de cetero possidendam et pro sue voluntatis arbitrio excolendam, exceptis istis meis justiciis, videlicet : raptu, inciso, multro, furto, duello, cruore effuso.

In cujus rei testimonium, ego et dicta Clemencia presentem cartulam sigillorum nostrorum munimine dictis monachis dedimus roboratam.

Actum Castro Raginaldi [4], anno Domini M° CC° tricesimo, mense octobris [5].

203. — 1230. — CHARTE DE MAINARD, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, RELATANT L'ACCORD ÉTABLI ENTRE SON ABBAYE ET LE CHAPITRE DE LA CATHÉDRALE DE TOURS, AU SUJET DES DROITS DE JUSTICE DE SAINT-LOUP. — (Bibliothèque de Tours, manuscrit 1271, *Liber compositionum Ecclesiæ Turonensis*, p. 48, manuscrit du XIIIe siècle. — Copie du XVIe siècle sur papier, Archives d'Indre-et-Loire, H 471. — Imprimé, Salmon,

1. Châteaudun, chef-lieu d'arrondissement (Eure-et-Loir).
2. Champ-Breton, commune d'Auzouer (Indre-et-Loire).
3. La Carte, commune d'Auzouer (Indre-et-Loire).
4. Châteaurenault, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
5. Au verso : *De Sonnayo. Restitucio terre de Quarta.*

Notice historique sur l'abbaye de Saint-Loup près Tours, dans *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. VI, p. 453.)

Universis Xpisti fidelibus presentes litteras inspecturis, frater Mainardus, Beati Juliani Turonensis minister humilis, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod, cum inter nos, ex una parte, et venerabiles viros decanum et capitulum Turonense, ex altera, super vendis et justicia terrarum nostrarum, que circa Sanctum Lupum [1] et apud la Baatte [2], in Varenna superiori site sunt, contentio verteretur, tandem, mediantibus bonis viris, in hunc modum pacis convenimus, quod nos a dicto decano et capitulo predictas terras tenentes utpote sub eorum dominio existentes, fundos terrarum, census, vendas, decimas et justiciam earum habebimus, et de cetero sine contradictione aliqua pacifice possidebimus, sicut certis metis, de consensu partium, distincte sunt et divise, alta, justicia, scilicet *le multre, le rat et l'encis*, et ea que ad ipsam secundum consuetudinem patrie pertinent predictis decano et capitulo remanente in perpetuum.

Quod ut ratum et stabile in posterum permaneat et ad presens, nostras presentes litteras predictis decano et capitulo dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratas.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo.

204. — 1230. — Charte d'Enjorrand, doyen du chapitre de Tours, attestant l'accord établi entre le chapitre et l'abbaye de Saint-Julien, au sujet des droits de justice de Saint-Loup. — (Copie du xvie siècle sur papier, Archives d'Indre-et-Loire, H 471.)

Enjorandus, decanus, totumque capitulum Turonense, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod, cum inter nos, ex una parte, et abbatem et conventum Beati Juliani Turonensis, ex

1. Saint-Loup, ancienne abbaye, commune de Saint-Pierre-des-Corps (Indre-et-Loire).

2. Les Bastes *alias* les Baffardières, commune de Saint-Pierre-des-Corps.

altera, super vendis et justicia terrarum suarum, que circa Sanctum Lupum et apud la Baate in Varenna superiori site sunt, contencio verteretur, tamdem, mediantibus bonis viris, in hunc modum pacis convenimus, quod ipsi a nobis predictas terras tenentes utpote sub nostro dominio existentes fundos terrarum, census, vendas et decimas et justiciam earum, sicut [certis metis] de consensu parcium distincte et divise, habebunt et de [cetero sine] contradic[tione] aliqua pacifice possidebunt, alta justicia, scilicet [*le*] *murtre*, [*le*] *rat*, *le l'encis* et ea que ad ipsam, secundum consuetudines patrie pertinent, nobis in perpetuum remanente.

Quod ut firmum et stabile in posterum permaneat et ad presens, nostras presentes litteras predictis abbati et conventui dedimus sigilli nostri capituli munimine roboratas.

Actum, de consensu utrarumque parcium, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo.

205. — 1230. — [Carta] inter monachos [Sancti Juliani Turonensis] et Hardoinum de Fraxino, militem. — (Note, B. N., Dom Housseau, t. XIII[1], n° 8.514.)

206. — 1231, mars. — Donation faite aux religieux de Saint-Julien par Jean de Berreia de tous les cens qui lui appartenaient en la paroisse de Bléré. — (*Inventaire des titres du fief de Bléré*, Archives d'Indre-et-Loire, H 513, p. 42.)

207. — 1231 (v. s.), avril[1]. — Charte par laquelle les moines de Saint-Julien accensent a Geoffroy et a Guillaume Poulet une ile dépendant de Vallières. — (Copie sur parchemin, faite en juillet 1273, jadis scellée sur simple queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 504.)

Omnibus presentes litteras inspecturis frater M[ainardus], Beati Juliani Turonensis humilis abbas, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

1. L'année 1231, ancien style, a été comptée du 23 mars 1231, au 11 avril 1232; cette charte est donc ou d'avril 1231 ou du 1er au 10 avril 1232.

Noveritis nos, de communi consensu capituli nostri, tradidisse et concessisse Gaufrido Pulet et Guillelmo Pulet, fratri ejus, et heredibus eorum, totam insulam nostram que vocatur Infra Preler, sitam apud Valerias[1], perpetuo pacifice possidendam; ita tamen quod ipsi, vel heredes eorum, pro quodam arpento dicte insule tenentur nobis reddere quinque solidos turonensium in festo Sancti Bricii, in domo nostra de Valeriis annuatim; in dicto vero arpento decimam omnium fructuum percipiemus et in toto residuo dicte insule decimam et terragium percipiemus in quibuscumque fructibus consistant. Si autem contigerit quod ipsi in dicta insula salliceiam[2] vel alios arbores plantare voluerint, nos medietatem dicte salliceie et omnium arborum habebimus ac percipiemus.

In cujus rei memoriam presentes litteras conscribi et sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

Actum anno Domini M°CC°XXX° primo, mense aprilis[3].

208. — 1231, août. — ACCORD ENTRE L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN ET JUHEL DE MATHEFELON, ARCHEVÊQUE DE TOURS, PAR LEQUEL L'ARCHEVÊQUE RENONCE AUX PROCURATIONS QU'IL RÉCLAMAIT DES MOINES, ET CEUX-CI LUI ABANDONNENT EN RETOUR LEUR MAISON D'AUSONNEAU. — (Archives d'Indre-et-Loire, G 1, copie du XVIIIe siècle. — Imprimé, Louis de Grandmaison, *Cartulaire de l'Archevêché de Tours*, t. I, p. 88, n° XLI.)

Universis . . . Juhellus[4], Dei gratia Turonensis archiepiscopus, salutem in omnium Salvatore.

Noverint universi quod cum nos a viris religiosis abbate et conventu Beati Juliani Turonensis procurationes in monaste-

1. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire).

2. Ici et à la ligne suivante le manuscrit porte seulement *sallic* avec un signe d'abréviation à la fin.

3. La copie débute par la formule *Hoc est transcriptum*, et se termine par la date, qui est ainsi exprimée : *Datum hujus transcripti anno Domini M°CC°LXX^mo tertio, mense julii. G. Bertom* (?).

4. Juhel de Mathefelon, archevêque de Tours, 1229, transféré à Reims le 30 mars 1245.

rio ipsorum et quibusdam domibus eorum, Turonensis, Andegavensis, Redonensis et Cenomanensis diocesium, videlicet de Ranciaco[1], de Cigoigniaco[2], de Castro Raginaldi[3], de Nozilleio[4], de Ambilliaco[5], de Parvo Gressio[6], de Lucigniaco[7], de Miser[i]is[8], de Derra[9], de Bueillio[10], de Chenuçon[11], de Brechia[12], de Sancto Antonio[13]; de Capella Sancti Remigii[14], de Valeriis[15], de Castaneto[16], de Sancto Cirico Redonensi[17], de Sancto Quintino[18] et de Milecia[19], tanquam nobis de jure communi ratione visitationis debitas, peteremus, dicti abbas et monachi modo asserebant nec eas nobis deberi, nec nos, nec antecessores nostros, eas hactenus habuisse; preterea tam canonici quam clerici ecclesie Turonensis annis singulis ad vigiliam Sancti Juliani et in die ad missam processionnaliter accedentes, cenam post vigiliam, in die post missam prandium solempne, in refectorio ipsorum, habebant, et nos etiam cum familia nostra, quando nos contingebat personaliter interesse.

1. Rançay, commune de Monts (Indre-et-Loire).
2. Cigogné, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
3. Châteaurenault, chef-lieu de canton, arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
4. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
5. Ambillou, canton de Château-la-Vallière (Indre-et-Loire).
6. Le Petit-Grais, commune d'Azay-sur-Cher (Indre-et-Loire).
7. Leugny, commune d'Azay-sur-Cher (Indre-et-Loire).
8. Mézières, commune de Dolus (Indre-et-Loire).
9. Dierre, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
10. Bueil, canton de Neuvy-le-Roi (Indre-et-Loire).
11. Chenusson, ancienne paroisse, commune de Saint-Laurent-en-Gâtines (Indre-et-Loire).
12. Brèches, canton de Château-la-Vallière (Indre-et-Loire).
13. Saint-Antoine-du-Rocher, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).
14. La Chapelle-Saint-Remy, aujourd'hui Saint-Roch, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).
15. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire).
16. Châtenay, commune de Cerelles (Indre-et-Loire).
17. Saint-Cyr-lès-Rennes, commune de Rennes (Ille-et-Vilaine).
18. Saint-Quentin-lès-Beaurepaire, commune de Baugé (Maine-et-Loire).
19. La Milesse, canton du Mans (Sarthe).

Ad utilitatem igitur et pacem ecclesie Turonensis, interveniente bonorum virorum sollicitudine, accedente etiam nostro necnon et capituli Turonensis consensu, super premissis ordinatum fuit taliter et statutum, scilicet quod dicti abbas et monachi, in recompensationem dictarum procurationum, domum suam de Ausonio[1], cum omnibus pertinenciis suis, et omnibus que habebant in castellania de Caynone[2], ultra forestam de Tilleo[3], nobis et successoribus nostris archiepiscopis Turonensibus concesserunt in perpetuum et dederunt, cum omni integritate, quiete et libere possidenda. Itaque archiepiscopi Turonenses nullam procurationem, ratione visitationis, nec capitulum Turonense predictam cenam et procurationem non *(sic)* poterunt de cetero repetere in monasterio et domibus prenotatis ; salva tamen eisdem archiepiscopis et ministris eorumdem, in dictis et in aliis eorum domibus, jurisdictione, potestate sibi debita et omni jure ecclesie Turonensis, et quod archiepiscopi Turonenses et ministri eorum, si ad predicta loca diverterint, cum expensis eorum archiepiscoporum et suorum ministrorum ibidem honeste et liberaliter admittantur. Abbas vero et monachi predicti, processiones quas in vigilia et in festo Beati Juliani ad monasterium ipsorum consuevit facere ecclesia Turonensis, nobis et ecclesie Turonensi, ad instantiam nostram amicabiliter et concorditer in perpetuum quittaverunt.

Ceterum cum archidiaconi et archipresbyteri Turonenses, in domibus de Ranciaco, de Parvo Gressio, de Lucigniaco, de Cigoigniaco, de Derra, de Miseriis, ratione visitationis, annuas peterent procurationes, ita concordatum extitit et ordinatum, quod idem archidiaconus in domo de Ranciaco x solidos, et domo de Cigoigniaco x solidos recipiet annuatim pro procuratione, et archipresbyter Turonensis in utraque istarum duarum domorum v solidos similiter percipiet annuatim . . .

1. Ausonneau, communes de Chinon et d'Huismes (Indre-et-Loire).
2. Chinon, chef-lieu d'arrondissement (Indre-et-Loire).
3. Forêt de Teillé entre Sainte-Maure et Crissé (Indre-et-Loire).

Quod ut ratum . . . predictis abbati et monachis, presentes litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas.

Actum anno Domini MCCXXXI, mense augusti.

209. — 1231, août. — Charte du doyen Enjorrand et du chapitre de Tours relatant l'accord établi entre l'archevêque Juhel de Mathefelon et les moines de Saint-Julien, au sujet des procurations que l'archevêque exigeait des moines. — (Original parchemin, jadis scellé sur lacs de soie rouge[1], Archives d'Indre-et-Loire, H 466. — Copie B. N., Latin 12.677, fol. 198.)

Universis Xpisti fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, Enjorrandus, decanus, et totum capitulum Turonense, salutem in omnium Salvatore.

Universitati vestre notum facimus quod, cum venerabilis pater dominus Juhellus, Turonensis archiepiscopus, a viris religiosis abbate et conventu Beati Juliani Turonensis procurationes in monasterio ipsorum et quibusdam domibus eorum Turonensis, Andegavensis, Redonensis et Cenomannensis diocesum, videlicet : de Rentiaco, de Cigguoniaco, de Castro Raginaldi, de Nozilleio, de Ambulliaco, de Parvo Gressio, de Lucigniaco, de Macheriis, de Derra, de Buellio, de Chenuchum, de Brechia, de Sancto Antonio, de Capella Sancti Remigii, de Valeriis, de Castaneto, de Sancto Cirico, de Sancto Quintino et de Miletia, tanquam sibi de jure communi, ratione visitationis, debitas, peteret, dicti abbas et monachi econtrario asserebant nec eas eidem archiepiscopo deberi, nec ipsum nec antecessores suos eas hactenus habuisse. Preterea tam nos quam clerici ecclesie nostre, annis singulis, ad vigiliam sancti Juliani et in die ad missam processionaliter accedentes, cenam post vigiliam, et in die post missam prandium sollepmne in refectorio ipsorum habebamus, et idem archiepiscopus etiam cum familia sua, quando ipsum contingebat personnaliter interesse.

1. Le sceau est ainsi décrit dans la copie : *Appendet sigillum pene confractum ceræ viridi in cujus antica impressa videtur imago Sancti Martini (?) galeati, catafracto equo insidentis, cum contrasigillo.*

Ad utilitatem igitur et pacem ecclesie nostre et sue, interveniente bonorum virorum sollicitudine, accendente archiepiscopi et ipsorum necnon et capituli nostri consensu super premissis ordinatum fuit taliter et statutum. Dicti abbas et monachi, in recompensationem dictarum procurationum, domum suam de Ausonio, cum omnibus pertinentiis suis et omnibus que habebant in castellania de Caynone ultra forestam de Teilleio, successoribus suis archiepiscopis Turonensibus concesserunt in perpetuum et dederunt cum omni integritate libere et quiete possidenda ; ita quod archiepiscopi Turonenses nullam procurationem, ratione visitationis, nec capitulum nostrum predictam cenam et procurationem poterimus de cetero repetere in monasterio et domibus prenotatis ; salva tamen eisdem archiepiscopis et ministris eorum et in dictis et in aliis eorum domibus omni juridictione et potestate sibi debita et omni jure ecclesie nostre, et quod archiepiscopi et ministri eorum si ad predicta loca diverterint, cum expensis eorumdem archiepiscoporum et suorum ministrorum, ibidem honeste et liberaliter admittantur. Abbas vero et monachi supradicti, processiones quas in vigilia et in festo beati Juliani ad monasterium ipsorum consuevit facere ecclesia nostra, eidem archiepiscopo et ecclesie nostre ad instantiam prefati archiepiscopi et nostram amicabiliter remiserunt et concorditer in perpetuum quitaverunt.

Ceterum cum archidiaconi et archipresbyteri Turonenses in domibus de Rentiaco, de Cigguoniaco, de Lucigniaco, de Parvo Gressio, de Derra et de Macheriis, ratione visitationis, annuas peterent procurationes, ita concorditer extitit ordinatum quod idem archidiaconus in domo de Rentiaco decem solidos et in domo de Ciggoniaco decem solidos percipiet annuatim pro procuratione, et archipresbyter Turonensis in utraque istarum duarum domorum quinque solidos pro procuratione similiter percipiet annuatim, quorum medietas in synodo Pentecostali et altera medietas in synodo sancti Luce eisdem persolvetur, nec ipsi majores summas quam prefatas a dictis domibus ratione procurationis exigere poterunt vel habere.

Domus vero de Derra, nisi ibi monachus manserit, Parvi Gressi, Lugcigniaci et Matheriarum ad hujusmodi procuratione et prestatione pro procuratione absolute erunt penitus et immunes, nisi forte facultates earum et redditus in tantam excreverint, quod ad procurationes archidiaconi et archipresbyteri annis singulis faciendas merito teneantur. A domibus autem Ambulliaci, Chenuchunnii, Brechie, Sancti Antonii, Capelle Sancti Remigii et Valeriarum, eo quod minus sufficientes ad procurationes petitas solvendas esse dinoscuntur, archidiaconus Transligerinus quadraginta solidos tantum et archipresbyter Transligerinus viginti solidos tantum annuatim percipient terminis prenotatis, nisi adeo dictorum prioratuum excreverint facultates quod in eisdem prioratibus dicti archidiaconus et archipresbyter jure communi procurationes sufficientes possint exigere et habere. Castaneum vero, nisi ibi monachus manserit, vel capella construatur ibidem, quantum ad ordinarios prefatos a solutione procurationis et prestatione qualibet pro procuratione absolutum erit in perpetuum et immune.

Statutum fuit etiam ac concessum ut si quamdocumque dicti archidiaconi vel archipresbyteri Turonenses vel Transligerini hospitandi causa diverti voluerint ad loca superius memorata ibidem cum expensis propriis ipsorum archidiaconorum et archipresbyterorum liberaliter absque contradictione qualibet admittantur.

Quod ut firmum et stabile in perpetuum pertineat, predictis abbati et monachis presentes litteras nostras dedimus impressione sigilli nostri capituli roboratas.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense augusto.

210-233. — 1233, 26 septembre-1234, octobre. — PIÈCES D'UN PROCÈS ENTRE LES MOINES DE SAINT-JULIEN ET GUILLAUME DE BRENNE, SEIGNEUR DE ROCHECORBON, AU SUJET DES ENTREPRISES DE CE SEIGNEUR CONTRE LE PRIEURÉ DE NOUZILLY. — (Original parchemin, jadis scellé sur double queue de parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 489.)

210. — 1233, 26 septembre. — Juellus[1], Dei gratia Turonensis archiepiscopus, dilectis in Christo de Nozilleio[2], de Vodano[3], de Ruigneio[4] et de Cancellis[5] presbyteris, salutem in Domino.

Conquesti sunt nobis abbas et conventus Sancti Juliani Turonensis, quod Willelmus de Brenna, miles, Gilo de Poce, Andreas Berruer, Matheus Le Boce, Petrus de Lineriis et Marquerius, graves et injuriosi eisdem hominibus ipsorum existunt, capiendo in villa ipsorum monachorum de Nozilleio eorum mensuras injuste, et homines eorum, occasione dictarum mensurarum, multipliciter aggravant et molestant, et haias et nemora ipsorum per violenciam secant et, secantes in eisdem nemoribus auctoritate dictorum monachorum molestant, et eorum secures ibidem ceperunt et quemdam asinum, et homines eorumdem impediunt et molestant ne veniant ad molendina dictorum monachorum, et, hac occasione, Willelmum Textorem, hominem eorum, coram se litigare compellunt, et servientes dictorum monachorum, quos in dictis nemoribus et haiis, causa custodie, mittunt, expellunt, et etiam monachos quos in dictis nemoribus inveniunt, cum armis insequuntur, eos a dictis nemoribus et haiis expellendo, fossata eciam vetera, que rex fecit in propria terra monachorum, faciunt reparari in eorum prejudicium et gravamen, et homines et animalia ipsorum per eadem fossata transitum facientia capiunt et inde emendas exigunt.

Inde est quod vobis mandamus quatinus predictos militem et ballivos suos moneatis ut dictis monachis et eorum hominibus restituant res predictas, quas recognoverint se cepisse seu detinere, alioquin ipsos legittime monitos excomunicetis et excomunicatos publice denuntietis.

1. Juhel de Mathefelon, archevêque de Tours 1229, transféré à Reims le 30 mars 1245.
2. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
3. Rochecorbon, canton de Vouvray (Indre-et-Loire).
4. Reugny, canton de Vouvray (Indre-et-Loire).
5. Chanceaux-sur-Choisille, canton de Vouvray, ou Chanceaux, canton de Loches (Indre-et-Loire).

Super hiis vero, que negaverint, eis terminum coram officiali nostro assignetis ad diem martis post festum Sancti Michaelis, dictis monachis responsuris, inhibentes nichilominus eisdem militi et ballivis ne super premissis predictos monachos seu homines eorum molestare presumant, donec super premissis plenius discussum fuerit coram nobis, quod si contra inhibitionem nostram, legitima monitione premissa, facere presumpserint, ipsos ex tunc publice excomunicetis. Ad hec autem plenius exequenda alter vestrum alterum non expectet.

Datum die lune proxima post festum beati Mauricii, anno Domini M° CC° XXX° III°.

211. — 1233, 28 septembre. — Officialis curie Turonensis, de Vodano et de Ruigneio presbyteris, salutem in Domino.

Conquesti sunt nobis abbas et conventus Beati Juliani Turonensis quod dominus de Rupibus Corbonis, Guillelmus de Brenna, miles, et ballivi eorum, homines ipsorum de Nozilleio, contra justiciam, coram se littigare compellunt unde vobis mandamus quatinus predictis militibus (*sic*) et ballivis ex parte nostra inibeatis ne dictos homines coram se littigare compellant, quod si, canonice moniti, facere presumpserint, ipsos excomunicetis, et, excomunicatos publice denuncietis, donec de ipsorum absolutione vobis constiterit evidenter, cum nos parati simus de dictis abbate et conventu et eorum hominibus eisdem, si, de ipsis conqueri voluerint, justitiam exibere.

Datum vigilia sancti Michaelis, anno gratie M° CC° XXX° III°.

212. — 1233, 30 septembre. — Officialis curie Turonensis, de Nozilleio, de Ruigneio, de Vodano, de Cancellis et de Sancto Audoeno[1] presbyteris, salutem in Domino.

Conquestus est nobis prior de Nozilleio quod Gilo de Poce, Andreas Berrúer, Marquerius et Matheus Le Boce, ballivi domini Willelmi de Brenna, militis, auctoritate ipsius Willelmi, ut dicitur, equam et quadrigam ipsius, cum omni apparatu, et equam Roberti Ledur, hominis ejusdem prioris cepe-

1. Saint-Ouen-du-Bois, canton d'Amboise (Indre-et-Loire).

runt [et] adhuc detinere presumant, unde vobis mandamus quatinus predictos militem et ballivos diligenter super hoc conveniatis, quod si recognoverint ita esse moneatis eos ex parte nostra, ut dicto priori et homini ejus res predictas reddant, maxime cum parati [simus] cuilibet conquerenti de priore et homine ejus justiciam exhibere.

Si vero negaverint eis terminum assignetis coram nobis Turonibus ad diem Mercurii proximam post festum sancti Michaelis dicto priori responsuris.

Datum in crastino Sancti Michaelis anno gratie M° CC° XXX° III° me[. . .]

213. — 1233, 23 décembre. — Cum abbas et conventus Sancti Juliani Turonensis proponerent coram nobis contra Guillelmum de Brenna, militem, quod injuste ceperat ceperat *(sic)* secures in nemore ipsorum de Nozilleio et mensuras ejusdem territorii et secantes in nemore ipsorum molestabat et res eorumdem capiebat, et quod eciam multa alia fec[isset in] eodem territorio per se et per ballivos suos in eorum prejudicium et gravamen, secundum quod in litteris domini archiepiscopi et nostris continetur in quibus querimonie inserte sunt predictorum monachorum, a quibus injuriis et molestiis petebant dicti abbas et conventus dictum militem de cetero cessari.

Predictus miles confessus est se predicta fecisse, sed dixit quod utendo jure suo predicta omnia fecerat, econtrario predictis monachis hoc negantibus et asserentibus se dampnificatos fuisse in predictis a predicto milite injuste factis ad valentiam quadraginta librarum turonensium, quas petebant ab eodem milite. Et ad probandum, ex parte militis, quod, utendo jure suo, predicta omnia fecerat, et ad procedendum in aliis quantum de jure fuerit procedendum, est assignatus dies martis proxima post Circoncisionem Domini.

Preterea, cum idem miles peteret absolvi, fecimus ei absolutionis beneficium impendi, dato plegio ab eodem milite scilicet Gaufrido, majore de Ponte [1], de omnibus ablatis in instanti

1. Maire des Ponts de Tours.

vigilia Nathalis Domini eisdem monachis restituendis, et inhibuimus eidem militi ne plegios hominum predictorum monachorum molestet vel molestari faciat, donec discussum sit coram nobis de jure proprietatis.

[Datum di]e Veneris proxima ante Nathale Domini, anno Domini M° CC° XXX° III°.

214. — 1234, 3 janvier. — Assignata est dies martis proxima post octabas Epiphanie Domini Willelmo de Brenna, militi, contra abbatem et conventum Sancti [Juliani], ad terciam productionem, et illa die jurabitur de calumpnia.

Actum de consensu partium. Et die martis proxima post Circoncisionem Domini, remisit dictus miles testes suos juratos non examinatos, procuratore dictorum abbatis et conventus petente, ut eadem die exa[minarentur].

Anno Domini M° [CC]° XXX° III°.

215. — 1234, janvier. — Assignata est vigilia Purificationis Beate Marie Willelmo de Brenna, militi, contra abbatem et conventum Sancti Juliani Turonensis, ad publicandum attestationes et [. . . . c]alumpnia [. . . .] reddendum in causa quan-[tum] de jure fuerit procedendum.

[Actum de consensu] partium anno Domini M° CC° XXX° III°.

216. — 1234, 1er février. — Assignatum est crastinum quindene Purificationis Beate Marie, Willelmo de Brenna, militi, contra abbatem et conventum Sancti Juliani Turonensis ad pet[. . . .] ad jur[andum] de calumpnia et ad adendum ulterius quantum jus dictab[it. . . .] dictus miles sufficienter productiones testium, que sibi competebant de jure.

Actum de consensu partium anno Domini M° CC° XXX° III°, in vigilia Purificationis Beate Marie [. . . .].

217. — 1234, 17 février. — Publicatis attestationibus Willelmi de Brenna, militis, contra abbatem et conventum Beati Juliani Turonensis, assignata est dies Sabbati proxima post *Invocavit me*, ad dicendum in testimonium et dicta et ante

[. . . ne]cesse fuerit [. . . .] et habere instrumenta et alia auxilia ad defensionem cause sue.

Actum de consensu partium anno Domini M° CC° XXX° III°, crastino quindene Purificationis Beate Virginis.

218. — 1234, mars. — Assignata est dies Veneris proxima post *Letare Jerusalem* abbati et conventui Beati Juliani Turonensis, ex una parte, et Guillermo de Brenna, militis, ex altera, ad ferendam sententiam, si de causa linquat die vero dominica precedenti [. . . .] hinc et inde.

Actum de consensu partium an[no Domini] M° CC° XXX° [III°].

219. — 1234, 7 avril. — Assignata est dies Jovis proxima post *Quasimodo* abbati et conventui Beati Juliani, ex una parte, et Guillermo de Brenna, militi, ex altera, ad id agendum quod debebat agi die Veneris proxima post *Letare* [*Jerusalem*. . .] veñ peteret prior de Nozilleio, a dicto milite, sibi reddi [e]quum Nicholai[. . . . i]psius militis, servienti dicti prioris dicebantur abstulisse. Injunximus dicto militi quod dictum equm liberet, vel recredat cum plegiis dicto servienti de stando juri ubi debuerit, et inhibuimus eidem militi [ne dictos reli]giosos molestet, litte pendente coram nobis super haiis de Noz[illeio. . . .] inter ipsos habitis coram nobis.

Actum de consensu partium anno gratie M° CC° XXX° III°, die Veneris supradicta.

220. — 1234, 4 mai. — Assignata est dies Lune post *Jubilate* Guillelmo de Brenna, militi, contra abbatem et conventum Sancti Juliani Turonensis ad firmandum si de causa linquat, et die Veneris precedenti tradentur posiciones, que debent fieri ex parte dicti militis, procuratori dictorum abbatis et conventus, et die Lune predicta[. . . .] si responsiones ex parte dictorum abbatis et conventus, qui de jure fuerint faciende, et facta est dicto militi copia carte Roberti, quondam illustrissimi regis Francorum, et procedetur dicta die quantum de jure fuerit procedendum.

Actum de consensu partium anno Domini M° CC° XXX°

III°, die Jovis post *Quasimodo*, qua die partes juraverunt coram nobis de calumpnia.

221. — 1234, mai. — Assignata est dies Sabbati proxima ante Adscensionem Domini abbati et conventui Beati Juliani Turonensis, ex una parte, et Willelmo de Brenna, militi, ex altera, ad id agendum quod debebat agi die Lune proxima post *Jubilate*.

Actum de consensu partium anno M° CC° XXX° IIII°.

222. — 1234, 27 mai. — Assignata est dies Lune proxima post Ascensionem Domini abbati et conventui Beati Juliani Turonensis, ex una parte, et Willelmo de Brenna, militi, ex altera, ad id agendum quod debebat agi die Sabbati ante Ascensionem Domini et ad procedendum in causa quantum de jure fuerit procedendum, et dicta die Sabbati obligavit se magister P. de Buelio pro dicto milite ad penam unius marce argenti de rati habitacione.

Actum de consensu partium dicta die Sabbati, anno gratie M° CC° XXX° IIII°.

223. — 1234, 5 juin. — Assignata est dies Sabbati feriatorum Pentecostes abbati et conventui Beati Juliani Turonensis contra Guillelmum de Brenna, militem, ad producendum testes suos de secunda productione super contentis in memoriali nostro quod sic incipit : *Publicatis attestationibus, etc.*, super quo habuerunt primam productionem, et ad producendum ulterius quantum jus dictaverit.

Actum de consensu partium, die Lune proxima post Ascensionem Domini, anno gratie M° CC° XXX° IIII°.

224. — 1234, 17 juin. — Officialis curie Turonensis, dilectis in Christo de Sancto Audoeno de Nemore, de Ruigneio et Ruppibus Corbonis presbyteris, salutem in Domino.

Mandamus vobis quatenus peremptorie citetis Willelmum de Brenna, militem, ut coram nobis Turonis compareat die Mercurii proxima post Nativitatem sancti Johannis Baptiste, visurus publicationem attestationum ex parte abbatis et con-

ventus Sancti Juliani Turonensis productarum. Ad hec autem facienda alter vestrum alterum non expectet.

Datum die Sabbati feriatorum Pentecostes, qua die fuerunt recepti testes, videlicet : Michael, Mauricius, Martinus, J., Johannes Oger, Andreas, G. et Nicholaus, dicto milite per contumaciam absente, anno Domini [M°CC°] XXX°IIII°.

225. — 1234, 28 juin. — Die Mercurii proxima post Nativitatem Beati Johannis Baptiste, comparuerunt coram nobis abbas et conventus Beati Juliani Turonensis et, prout decuit, expectaverunt contra Willelmum de Brenna, militem, qui nec venit nec pro se misit procuratorem, sed misit Willelmum Bardel, dicentem quod erat in expeditione domini regis, quare dicta die non fuit processum in causa.

Datum die [. . .] anno gratie M°CC°XXX°IIII°.

226. — 1234, 25 juillet. — Vos de Nozilleio, de Ruigneio et de Sancto Audoeno presbiteris, citate iterum peremptorie secundum retroacta Guillelmum de Brenna, militem, ad crastinum Sancti Petri ad Vincula abbati et conventui Sancti Juliani responsurum.

Datum in festo Sancti Jacobi apostoli, anno Domini M°CC° XXX°IIII°.

227. — 1234, 2 août. — Officialis curie Turonensis, dilectis in Christo de Ruppibus Corbonis, de Ruigneio, de Sancto Audoeno de Nemore et de Nozilleio presbiteris, salutem in Domino.

Cum Guillermus de Brenna, miles, citatus iterum peremptorie ad crastinum Sancti Petri ad Vincula ad querelam abbatis et conventus Sancti Juliani non venerit [nec] miserit procuratorem, dictis abbate et conven[tu] coram nobis, ut decuit per procuratorem expectantibus, vobis mandamus firmiter precipientes quatenus ipsum militem iterato peremptorie citetis coram nobis ad diem Sabbati post supradictum festum, visurum publicationem attestationum dictorum abbatis et conventus, et sciat quod, si non venerit sive non procurator nominatus, ad publicationem predictam precedemus, et ad citatio-

nem istam faciendam alter vestrum alterum non expectet, quo tempestive facto redd. sigill.[1].

Datum crastino supradicto, anno gratie M°CC°XXX°IIII°.

228. — 1234, 9 août. — Officialis curie Turonensis, de Nozilleio, de Ruigneio, de Sancto Audoeno de Nemore et de Ruppibus Corbonis presbiteris, salutem in Domino.

Cum Guillelmus de Brenna, miles, primo, secundo et tertio peremptorie, ad videndum publicationem attestationum abbatis et conventus Sancti Juliani contra ipsum, non venerit, nec miserit procuratorem, dictis abbate et conventu per procuratorem in terminis assignatis, prout decuit, expectantibus, vobis precipiendo mandamus quatenus dictum militem peremptorie citetis coram nobis ad diem Jovis post Assupptionem Beate Marie ad sententiam audiendam si de causa liqueat.

Datum die Sabbati post festum Beati Petri ad Vincula, quo die processimus ad publicationem attestationum predictarum, dicto milite per contumaciam absente, anno gratie M° CC°XXX°IIII°.

Et hoc tempestive facto redd. litt. sigil. Ad quod faciendum alter alterum non expectet.

229. — 1234, 17 août. — Officialis curie Turonensis, de Nozilleio, de Sancto Audoeno de Nemore, de Rupibus Corbonis et de Ruigneio presbiteris, salutem in Domino.

Cum Guillelmus de Brenna, miles, peremptorie citatus coram nobis ad diem Jovis post Assumpsionem Beate Marie ad audiendam sententiam supra causam, que vertitur coram nobis inter ipsum, ex una parte, et abbatem et conventum Sancti Juliani, ex altera, non venerit nec miserit procuratorem dictis abbate et conventu per procuratorem expectantibus, vobis mandamus quatenus dictum militem iterum peremptorie citetis coram nobis ad crastinum Sancti Bartholomei apostoli sententiam auditurum, et sciat quod si non venerit [. . .

1. Nous maintenons l'abréviation de ce membre de phrase qui, dans la suite, se retrouve plusieurs fois dans cette forme : *redd. litt. sigil.* On pourrait peut-être lire : *reddite litteras sigillatas*.

nichilo]minus, si de jure fieri poterit, procedemus. Et ad eum citandum alter alterum non expectet, redd. litt. sig.

Datum die Jovis predicta, anno Domini M°CC°XXX°IIII°.

230. — 1234, 10 septembre. — Officialis curie Turonensis, de Sancto Audoeno de Nemore, et de Ruigneio, et de Ruppibus Corbonis presbiteris, salutem in Domino.

Cum Guillelmus de Brenna, miles, peremptorie fuerit citatus pluries et maxime ultimo ad crastinum Nativitatis Beate Marie, auditurus sententiam deffinitivam super causa, que vertitur coram nobis inter ipsum, ex una parte, et monachos Sancti Juliani, ex altera, nec venerit nec miserit procuratorem, predictis monachis in singulis terminis per procuratorem coram nobis, prout decuit, expectantibus, ad diffinitivam sententiam de jure processisse potuissemus. Ad convincendam tantum ipsius malitiam, vobis precipiendo mandamus quatinus dictum militem iterum peremptorie citetis in propria persona, si possit inveniri, [. . . vel] ipsius servientes, vel saltem ad suum vel ad aliud domicilium [in] quo magis morari consuevit, ad diem Sabbati crastinum octabarum Nativitis Beate Marie, Turonis, coram nobis, supra causa predicta deffinitivam sententiam auditurum ; et sciat quod si non venerit sive non procurator nominatus, sciat dictus quod ad deffinitivam sententiam procedemus, redd. sig.

Datum] anno gratie M°CC°XXX°IIII° Dominica proxima post Nativitatem Beate Marie predictam.

231. — 1234, 24 septembre, — Officialis curie Turonensis, presbitero de Ruigneio, salutem.

Cum Guillelmus de Brenna, miles, tertio et quarto vel amplius, ut credimus, citatus fuerit peremptorie coram nobis ad audiendam diffinitivam [sententiam in causa,] que vertitur coram nobis [inter] ipsum, ex una parte, et monachos Beati Juliani, ex altera, et ad ullam citationem non venerit nec miserit procuratorem, dictis monachis in singulis terminis comparentibus, et prout decuit, expectantibus, quanquam si voluissemus potuissemus de jure jamdiu est ad deffinitivam sententiam

processisse, nobis, tamen ad convencendam ipsius [mali]-tiam et contumatiam manifestam, percipiendo mandamus quatenus ipsum, si commode potueritis invenire, ex abundanti, iterum peremptorie Turonis, coram nobis, ad diem Mercurii post festum Beati Michaelis, predictam sententiam auditurum; quod si inveniri non poterit citationem ipsam, preposito et nostri, et ad do[micilia ma]xime ad ea quibus frequenter habitat, et etiam in ecclesia, publice denuntietis, ita quod, sive venerit sive non procurator nominatus[1], ad supradictam sententiam procedemus.

Preterea, singulis diebus Dominicis et festivis, pulsatis campanis, accensis candelis, in generali excomunicetis omnes illos, qui in Richardum, clericum, latorem litterarum nostrarum, manus violentes inferre (?) presumpserunt, et eidem litteras minis abstulerunt, redd. litt. sigil.

Datum anno gratie M°CC°XXX°IIII°, die Lune post festum Beati Mauritii.

232. — 1234, septembre. — Vos, presbiter Sancti Clementis Turonensis[2], citate peremptorie Turonis, coram nobis ad diem Mercurii post festum Sancti Michaelis Guillelmum de Brenna, militem, super causa, que vertitur inter ipsum, ex una parte, et abbatem et conventum Sancti Juliani, ex altera, definitivam sententiam auditurum, et sciat quod si non venerit si non procurator nominatus ad sententiam procedemus, cum ad id fuit tribus vel IIII° vel amplius citatoriis peremptorie citatus, redd. litt. sigil.

Datum anno gratie M°CC°XXX°IIII°.

233. — 1234, octobre. — Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Turonensis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, litigantibus, coram nobis, viris religiosis abbate et conventu Beati Juliani Turonensis, ex

1. Ici et plus bas, ces deux mots sont écrits ainsi : un *p* barré du signe abréviatif *pro* placé en interligne au-dessus de *nomin*.

2. Saint-Clément, ancienne paroisse de la ville de Tours, réunie en 1781 à celle de Sainte-Croix.

una parte, et Willelmo de Brenna, milite, ex altera, dictis abbate et conventu proponentibus quod idem Guillelmus et servientes ipsius, in prioratu et terra ipsorum de Nozilleio, sibi et suis hominibus, multas injurias ac violencias intulis-s[ent] et eorum mensuras indebite capiendo, et homines eorum occasione hujusmodi multipliciter molestando, haias sibi in propriis eorumdem nemoribus indebite vendicando, fossata quedam vetera in ipsorum propria terra facta, reparari in ipsorum prejudicium faciendo, in predictis haiis et fossatis homines suos et animalia eorumdem indebite capiendo et exinde emendas, contra justitiam, exigendo, in ipsorum nemoribus de mandato eorum secantibus impedimenta plurima faciendo, homines eorumdem ne ad ipsorum molendina venirent, contra justitiam, prohibendo ; quare, et, ut a premissis cessaret injuriis, eumdem compelli petebant, et damna exinde illata, que ad valorem quadraginta librarum turonensium estimabant, sibi nichilominus resartiri.

Idem miles se predicta fecisse confessus est, coram nobis, ad sui deffensionem allegans quod predicta fecerat et facere poterat jure suo ; que omnia ad jus ipsius pertinere memorati monachi negaverunt.

Litte *(sic)* igitur contestata ; receptis testibus ex parte militis supradicti productis, cum idem miles in intencione sua probanda defecerit ; attento nichilominus instrumento felicis recordationis Roberti, quondam regis Francorum, ex parte monachorum exhibito coram nobis, per quod, ex dono antecessorum militis antedicti, apparet ecclesiam ac villam de Nozilleio pertinere ac ipsos, cum terris et incultis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et inmobilibus, previis et exitibus, cum familia utriusque sexus, libere et quiete sine ulla calumpnia vel diminutione ab ipsis perpetuo possidendas, decem solidorum servitio retento tantummodo domino Ruppium Corbonis ; nos, communicato prudentum consilio, ejusdem militis absentia Dei repleta presentia, per definitivam sententiam eidem militi duximus injungendum, ut a predictis cesset injuriis, nec monachos antedictos vel homines eorumdem super

premissis post hac inquietare vel in aliquo molestare presumat, eumdem militem in viginti libr[as] pro dampnis et in decem libr[as] pro expensis, coram nobis, ut decuit, probatis, prefatis abbati et conventui nichilominus condempnantes.

In cujus rei memoriam presentes litteras contulimus sigilli curie Turonensis munimine roboratas.

Actum anno gratie M°CC°XXX° quarto, mense octobri.

234. — 1234, n. s., mars [1]. — VIDIMUS PAR LE DOYEN ET LE TRÉSORIER DE TOURS ET LE SOUS-DOYEN DE SAINT-MARTIN DE LA CHARTE DONNÉE EN 1014 PAR ROBERT LE PIEUX AU PROFIT DE SAINT-JULIEN DE TOURS. — (Copie, B. N., Latin, 12.677, fol. 203.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, C., decanus, C., thesaurarius Turonensis, et J., subdecanus Beati Martini Turonensis, salutem in Domino.

Quoniam quod scimus loquimur et quod vidimus testamur, ad universorum notitiam volumus pervenire quod nos litteras felicis memoriæ Roberti illustrissimi regis Francorum, inspeximus et vidimus sub hac forma :

[Ici le texte du n° 8.]

Nos vero, prefati regis litteris testimonium perhibentes veritatis, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam.

Actum anno gratiæ M°CC° trigesimo tertio, mense martio.

235. — 1234, n. s., 15 avril. — BAILLÉE A RENTE D'UNE GRANDE PIÈCE DE VIGNE EN LA PAROISSE DE CERELLES [2], AU FIEF DE SAINT-JULIEN, FAITE A *Hernulphus de Lineriis* PAR LE CHAMBRIER DE SAINT-JULIEN, DU SAMEDI AVANT LES PALMES M.CC. XXX.III. — (*Inventaire des titres de la Chambrerie*, Archives d'Indre-et-Loire, H 509, p. 51.)

236. — 1234, août, Parthenay. — CHARTE PAR LAQUELLE GUILLAUME DE PARTHENAY DÉCLARE AUX MOINES DE SAINT-

1. L'année 1233 ancien style est comptée du 5 avril 1233 au 23 avril 1234 ; cette charte est donc de mars 1234.
2. Cérelles, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).

Julien qu'il ne se reconnait aucun droit sur leurs hommes de Chateau-Bourdin. — (Copie, B. N., Latin, 5.443, p. 64.)

Universis presentes litteras inspecturis, Willelmus Archiepiscopus, dominus Partiniaci[1], salutem in Domino.

Universitati vestre notum facio quod ego non habeo in villa de Castro Bordini[2] aliquam alliam consuetudinariam, nec aliquid possum ab eis petere per violenciam, nisi michi liberaliter dicti homines dederint et spontanea voluntate; et in hujus rei testimonium dedi abbati et capitulo Beati Juliani Turonensis presentes litteras sigillo meo sigillatas.

Actum apud Partiniacum, anno Domini M.CC.XXX.IIII, mense augusti.

237. — 1234, 27 octobre, Pérouse. — Bulle du pape Grégoire IX en faveur de l'abbaye de Saint-Julien. — (Analyse, B. N., Latin, 12.677, fol. 202.)

[Gregorius], pontifex, confirmat omnes libertates, exemptiones, privilegia ejusdem monasterii [Sancti Juliani Turonensis] et sub beati Petri protectione suscipit.

Datum Perusii, VI kalendas novembris, pontificatus anno VIII.

238. — 1235, n. s., 2 mars. — Compromis par lequel Guillaume de Brenne et les moines de Saint-Julien décident de soumettre leur différend au jugement de l'archevêque de Tours. — (Original parchemin, jadis scellé sur double queue de parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 489.)

Juhellus, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, cum, inter viros religiosos abbatem et conventum Sancti Juliani Turonensis, ex una parte, et Willelmum de Brenna, militem, ex altera, coram officiali nostro, diutius contentio verteretur, super pluribus et diversis articulis jurisditionis prioratus de Nuzilleio[3] et pertinentium

1. Parthenay, chef-lieu d'arrondissement (Deux-Sèvres).
2. Château-Bourdin, commune de Saint-Pardoux (Deux-Sèvres).
3. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).

ad prioratum illum, prout in litteris nostris et actis habitis coram ipso officiali super eadem causa plenius continetur; cumque lata fuisset sententia definitiva pro dictis monachis ab officiali predicto, a qua tanquam ab iniquo, ut dicebat, ad Sedem Apostolicam appellaverat idem miles; cumque predictus miles bona eorum ante sententiam et post per violentiam, occupasset, propter quam violentiam, nos in ipsum excommunicationis sententiam tuleramus; tandem, de bonorum virorum consilio, partes, coram nobis constitute, in nos super omnibus predictis contentionibus compromiserunt, ita scilicet quod predictus miles omnia bona predictorum monachorum, quecumque habebat, vel aliquis, nomine ipsius, predictis monachis incontinenti restitueret, videlicet in crastino, omnia vero dampna quecumque sustinuerunt predicti monachi, occasione predicte occupationis et violentie, probatione habita per juramentum unius monachi, in animas eorum, taxatione nostra legitima procedente, eisdem monachis in terminis a nobis assignandis resarciret.

Super principali vero causa ita fuit condictum : quod nos, visis omnibus actis cause predicte et diligenter examinatis, vel iterum examinandis, si viderimus expedire, et inspectis receptis etiam juramentis et depositionibus L., prioris de Cancellis[1], et Willelmi de Nozilleio, canonici Turonensis, et aliorum quorum viderimus expedire, videbimus an fuerit juste lata vel injuste, et tunc ad confirmationem vel infirmationem predicte sentencie procedemus, statuentes in principali negotio quod fuerit statuendum.

Predictus vero miles de predictis omnibus observandis et quod dictum nostrum teneret et quod bona et dampna, sicut predictum est, restitueret, tactis sacrosanctis, prestitit sacramentum. Et de dicto nostro tenendo super principali negocio promisit penam centum librarum, si a dicto nostro aliquatenus resiliret, ita quod, pena illa soluta nichilominus etiam dictum nostrum ratum et stabile remaneret.

1. Chanceaux-sur-Choisille, canton de Vouvray (Indre-et-Loire).

Et de pena illa solvenda et de bonis et dampnis, ut dictum est, resartiendis, dedit plegios nobiles viros : Gaufridum de Paludello ; Petrum de Vindocinio, filium comitis ; Philippum de Melleio et Bochardum de Montesorio, milites.

Et abbas, pro se et capitulo suo, de predicto dicto tenendo et de pena solvenda si resiliret dedit plegios videlicet : G., thesaurarium ; et magistrum Martinum, archidiaconum Transvigen. ; G., archidiaconum Translig. et Martinum, clericum, canonicum de Ambazia.

Juravit etiam dictus miles de indempnitate omnium monachorum et omnium suorum.

Actum de consensu partium, anno gratie M°CC°XXX°IIII°, die Veneris post *Invocavit me*.

239. — 1229-1245. — Acte par lequel Juhel, archevêque de Tours, vidime les donations faites a l'abbaye de Saint-Julien par Guillaume de la Ferté-Macé. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 487.)

Juhellus, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, viro prudenti Johanni de Vineis, ballivo domini regis Francorum in Normannia, salutem in Domino.

Litteras Guillelmi, quondam domini de Feritate Mathei, vidimus sub hac forma :

[Ici le texte du n° 45].

240. — 1237. — Accord par lequel Gilles de Chatenay reconnait devoir aux moines de la Milesse une rente annuelle de dix deniers et de trois setiers de blé sur son moulin du Souci. — (Copie, B. N., Latin, 5.443, p. 65.)

Universis . . . officialis Cenomannensis, salutem.

Cum contentio verteretur inter abbatem et conventum Beati Juliani Turonensis et Egidium de Chasteneio [1], militem, super tertia parte bladi molendini dicti militis de Souci [2], quam ab eodem milite petebant dicti monachi . . .

Dictus Egidius et ejus heredes reddent priori de Milecia x

1. Le fief de Châtenay est situé commune de Saint-Saturnin (Sarthe).
2. Peut-être le Soucy *alias* les Soucis commune de la Guerche (Sarthe).

denarios turonensium censuales et tres sextarios bladi in dicto molendino . . .

Anno Domini M.CC.XXX.VII[1].

241. — 1238. — SENTENCE ARBITRALE RENDUE PAR JUHEL DE MATHEFELON, ARCHEVÊQUE DE TOURS, QUI TERMINE LE PROCÈS PENDANT ENTRE GUILLAUME DE BRENNE ET LES MOINES DE SAINT-JULIEN. — (D'après : un vidimus de Geoffroy de Brenne, original parchemin incomplet[2] et copie du XVIII[e] et un autre vidimus donné par l'archevêque Juhel en septembre 1244, copie papier, Archives d'Indre-et-Loire, H 489.)

Juhellus, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus presentes litte[ras inspecturis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, inter viros religiosos ab]batem et conventum Beati Juliani Turonensis, ex una parte, et [Willelmum de Brenna, mili]tem, ex altera, questione suborta supra quibusdam juribus et dominiis, [que idem miles se dice]bat habere in territorio et hominibus ipsorum monachorum de Nozilleio, altam videlicet justitiam [omnimodam et omnia, que ad eam pertinent, et vigeriam omnimodam, cum omnibus ad] vigeriam pertinentibus, et exercitum, et chevaucheiam, et haias et [fossata, et custodiam ne]morum et haiarum et fossatorum et annuam procurationem [in prioratu de Nozilleio, et ques]tam mestive, et redditum annuum castanearum sive frumenti in hominibus predicti territorii ; [abbate et conventu predictis dicto militi negantibus omnia supradicta et asserentibus]

1. Dans l'*Inventaire des titres de la Milesse*, conservé aux Archives d'Indre-et-Loire, H 488, cette charte et une autre du XI[e] siècle publiée ci-dessus, t. I, p. 211, sont analysées ensemble ainsi qu'il suit : *Hugo, cognomento Scribaris, decimam unius arpenti vineæ, quæ erat Sigeberti de Miletia, burgensis, monachis Sancti Juliani, pro animæ suæ et parentum suorum salute, in perpetuum, Deo inspirante, donavit. Tria sextaria bladi, unum frumenti et duo siliginis, supra molendinum Ægidii de Casteneio, militis, priori de Miletia, in festo Nativitatis Beatæ Mariæ, et in vigilia Nativitatis Domini duos denarios turonenses censuales, et hoc faciendo predictum molendinum pacifice militi et suis heredibus quietum et liberum remanebit. Anno M.CC.XXX.VII*

2. Ce parchemin a été découpé dans le sens vertical en bandes, dont sept seulement ont été retrouvées.

omnia illa totumque territorium, cum hominibus supradictis, ad ipsos pleno [jure integre pertinere, cum omni integri]tate, ex donatione Corbonis, militis, et ex confirmatione fe[licis memorie Roberti, quonda]m illustris regis Francorum, sicut in carta eorum contineri dicebatur ; tandem su[pra dictis et super omnibus aliis costumis, juribus sive dominiis apparentibus vel non apparentibus, que idem miles de facto vel de jure se dicebat [habere in territorio et homini]bus predictis, inter ipsum militem et dictos abbatem et conv[entum, non obstante qua]dam sententia ab officiali nostro supra eisdem inter eosdem prolata et appellatione ex parte [militis ab eodem legitime interposita, ut dicebat, in nos exti]tit compromissum, promissione facta hinc inde, fide data et pena [centum librarum turonensium adje]cta, quod supra omnibus premissis ac redditibus, seu annua sum[ma pecunie sive pena ab altera parte alteri persolvendis seu etiam assignandis, alte et basse dictum nostrum et ordinationem nostram fideliter in perpetuum observarent.

Nos vero, utriusque par]tis utilitate pensata, communicato bonorum virorum consilio, de con[sensu partium, dictum nostrum et or]dinationem nostram super eisdem contentionibus habitis vel [habendis ac aliis memo]ratis, pro bono pacis, protulimus in hunc modum : quod neque prefatus Guillelmus neque heredes ejus seu [qualescumque successores ejus in territorio et hominibus predictis, sive in bosco, sive in pla]no, sive in aquis, sive in aliqua alia re, aliquid juris vel [dominii cujuslibet costume] vel exactionis, quacumque ex causa vel occasione de cetero recl[amabunt ; eidem Guillelmo et ejus] heredibus super omnibus prescriptis juribus et dominiis et quibuslibet aliis, que in predictis territorio [et hominibus idem Guillelmus se habere dicebat, perpetuum silentium imponentes ; ipsumque] totumque territorium, cum hominibus et pertinentiis omnibus, juribus [et dominiis et justitiis omnimo-]dis, prescriptis abbati et conventui et eorum successoribus pro[nuntiamus quietum ac liberum ab om]ni jure et consuetudine vel qualibet exactione, de cetero perpetuo remanendum,

salvo hommagio [quod dominus de Garoscheria [1] debet domino Rupium Corbonis, ratione justitie quam habet] in feodo quod tenet a monachis supradictis.

Ceterum ex a[lia parte duximus ordinandum] quod dicti abbas et conventus in recompensationem jurium [et reddituum, que idem miles se dice]bat habere in territorio et hominibus supradictis, predicto Guillelmo et ejus heredibus, vel eorum [certo mandato, reddent perpetuo annuatim viginti libras usualis monete, medieta]tem videlicet in Nativitate Beati Johannis Baptiste, et aliam medietatem in Nativitate Domini, apud Turones, coram officialem curie Turonensis, vel coram substituto loco of[ficialis, infra meridiem, ita quod si di]cti abbas et conventus predictum redditum non redderent terminis et loco prescriptis, pro quali[bet die in qua essent in mora solvendi, solvent dicto Guillelmo et ejus heredibus quin]que solidos nomine pene et, pena omissa dictum nostrum sive ordinatio i[n suo robore nihilominus per]manebit.

Item quilibet abbas Beati Juliani Turonensis, qui p[ro tempore fuerit, in die benediction]is sue vel alias, si super hec fuerit requisitus, et predictus Guillelmus et successores [sui, qui pro tempore fuerint, infra tertium diem ex quo fuerint requisiti jurabunt, cora]m archiepiscopo Turonensi, qui pro tempore fuerit, vel mandato ipsius quod hanc [ordinationem nostram firmi]ter observabunt.

Nos autem et successores nostri tenebi[mur compellere predictos abbatem et] conventum ad solvendum predictum redditum et penam quinque solidorum, si forsan, ut [dictum est, in solutione cessarent. Tenebimur etiam tam nos quam successores nostri] compellere tam singulos abbates Sancti Juliani quam dictum Guillelmum [et ejus heredes ad prestandum sa]cramentum superius annotatum, et ad ordinationem predictam [firmiter et integraliter obser]vandam, supra quo dictus Guillelmus se juridictioni nostre submisit et pro se et pro successoribus suis.

1. La Garochère *alias* Garochère, commune de Nouzilly (Indre-et-Loire).

[Promiserunt autem hinc inde tam dicti abbas et conventus quam dictus Guillelmus, pro] se et suis successoribus, quod contra supradicta, per se, vel per alium non [venient, et quod contra hec a] Sede Apostolica nichil aliquatenus impetrabunt, et si alter im[petraverit, non utentur impetrato], et hec omnia diligenter attendere et fideliter observare in omnibus et singulis arti[culis, bona fide et sine mala ingenio, tactis sacrosanctis, juraverunt.

Hanc] autem ordinationem sive dictum nostrum gratum et acceptum habuerunt Y[sabellis, domina de Poceio, mater] dicti Guillelmi, et Maltidis, uxor illius, coram mandato nostro [ad hoc a nobis specialiter] destinato, videlicet magistro Guillelmo, archidiacono Transligerino, et fidem dederunt in ma[nu ipsius de non veniendo contra].

In cujus [rei memoriam et, ut hec ordin]atio nostra robur in posterum perpetue firmitatis obtineat, ad [instantiam abbatis, pro se] specialiter procuratoris conventus ad audiendam et acceptandam presentem ordi[nationem sufficienter instructi, et predicti Guillelmi, coram nobis presentis, dicta or]dinatione expressim ab utraque parte acceptata, presentes litteras [conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari.

Actum anno gratie M°CC°XXX°VIII°.]

242. — 1238. — Acte par lequel Geoffroy de Brenne vidime et approuve la sentence arbitrale rendue par l'archevêque Juhel dans le procès pendant entre Guillaume de Brenne, son frère, et les moines de Saint-Julien. — (Original parchemin incomplet et copie du XVIII[e] siècle sur papier, Archives d'Indre-et-Loire, H 489. — Autre copie faite sur l'original scellé en cire verte sur double lacs de soie jaunâtre tirant sur le gris, B. N., Latin 5443, p. 60.)

[Ego, Gaufredus de Brenna, dominus de Rupibus Corbonis, notum facio u]niversis tam presentibus quam futuris quod ego litteras [venerabilis pastoris Juhelli, Tu]ronensis archiepiscopi, non abolitas [non cancel]latas [nec in aliqua parte sui viciatas vidi] sub hac forma :

[Ici le texte publié ci-dessus, n° 241.]

[Ego ver]o, frater prenominati Guillelmi, dictum sive ordinationem venerabilis patris predicti superius [annotatam, ratam habeo in perpetuum atque firmam in omnibus et singulis articulis], promitto et, bona fide, me de cetero contra non venire aliquatenus, per [me vel alium, nec dic]tam ordinationem sive dictum in aliquo violare.

Q[uod ut firmum et stabile per]maneat in futurum presentes litteras sigilli mei munimine robo[ravi.

Actum anno gratie millesimo ducentesimo tricesimo] octavo.

243. — 1238, mai. — « CESSION PAR WIL[LELME] DE ECAUFORT A HUBERT DE CHERMONT, CHANOINE DE BAIEUX, DE TOUT CE QUI POUVOIT LUY APPARTENIR A RONCHEVILLE, PAROISSE DE BAVANT [1]. » — (Archives du Calvados, Registre A 151, f° 8.)

244. — 1238, décembre. — ACCORD ENTRE LES RELIGIEUX DE SAINT-JULIEN ET MESSIEURS DU CHAPITRE DE TOURS, QUI PRÉTENDOIENT AVOIR LE DROIT DE CENSIF SUR LA MAISON DE BARTHELEMY DE MONTILS, SITUÉE EN LA VALLÉE DE LA COUDRE [2], AU-DELA DU FLEUVE DU CHER. LES DITS RELIGIEUX DISOIENT AVOIR TOUJOURS EU LA DITE MAISON EN LEUR CENSIVE, POUR QUOI LES PARTIS OFFRENT DE S'EN RAPPORTER A DES ARBITRES. — (*Inventaire des titres du fief de Port-Cordon*, Archives d'Indre-et-Loire, H 514, fol. 216.)

245. — 1239, août. — CONFIRMATION PAR ALDÉARDE, DAME DE NIEUIL, DU DON D'UN CENS SUR LA GUIONNIÈRE DE SAINT-PARDOUX, FAIT PAR MAURICE DE NIEUIL, SON PÈRE, AU PRIEURÉ DE CHATEAU-BOURDIN. — (Copie, B. N., Latin, 5443, p. 64.)

Aldeardis, domina de Niolio, universis presentes litteras inspecturis, salutem et pacem.

Noverit universitas vestra quod, cum dominus Mauricius de Niolio, bone memorie pater meus, pro salute anime sue, dedisset in perpetuam helemosinam, ecclesie Beate Marie de

1. Bavent, canton de Troarn (Calvados).

2. La Coudre, *alias* les Creneaux *et* la Coudrière, commune de Chambray (Indre-et-Loire).

Castro Bordini, x solidos censuales annui redditus, in terra de la Guionere, sub dominio suo, in parochia Sancti Pardulphi[1], ministri predicte ecclesie de Castro Bordini, cum assensu patris mei, emerunt legitime roturam predicte terre ab agricola in dicta terra existente, retentis solummodo patri meo duobus sextariis avene annui redditus et terragio.

Ego, post decessum ipsius, in bonis suis successi. . .

Volo et concedo. . . assensu et concessione Gaufridi, filii mei primogeniti. . .

. . . Sigillo meo. . . M.CC.XXX.VIIII, mense augusti.

246. — 1240, mai. — Autorisation donnée aux moines de Saint-Ouen de la Milesse par Guillaume d'Eporcé de posséder en son fief, a la Milesse, l'emplacement d'un moulin que leur avaient donné Guillaume « Tecie » et sa femme. — (Analyse dans l'*Inventaire des titres du prieuré de la Milesse,* Archives d'Indre-et-Loire, H 488.)

Guillelmus de Esporce[2]. . .

Cum Guillelmus Tecie et Tecia, uxor ejus, dedissent, Sancti Juliani Turonensis abbatiæ et monachis ejusdem abbatiæ apud Sanctum Audoenum de Miletia[3] Deo servientibus, in eleemosinam terras, prata, haias, plateam ad faciendum molendinum et quidquid habebant in feodo Guillelmi de Esporce, in parrochia de Milecia, voluit et concessit ipse prædictus Guillelmus de Esporce quod prædicti monachi de cetero teneant de illo et de suis heredibus res supradictas et quidquid tenent alibi dicti monachi de dicto Guillelmo, in parrochia de Milecia.

Datum anno Domini M.CC.XL, mense maio, et sigillatum sigillo officialis Cenomanensis.

247. — 1240, 3 décembre. — Donation de toutes les dimes novalles et futures de la Vallée d'Orchairie[4] en la paroisse de Bléré, faite par Jean de Berreia aux reli-

1. Saint-Pardoux, canton de Mazières-en-Gâtine (Deux-Sèvres).
2. Le fief d'Eporcé est situé commune de la Quinte (Sarthe).
3. La Milesse, canton du Mans (Sarthe).
4. Le Val-d'Orquaire, ancien fief, commune de Bléré (Indre-et-Loire).

GIEUX DE SAINT-JULIEN. — (*Inventaire des titres du fief de Bléré*, Archives d'Indre-et-Loire, H 513, p. 42.)

248. — 1241. — ACTE PAR LEQUEL LES EXÉCUTEURS TESTAMENTAIRES D'AGNÈS, VEUVE DE GUILLAUME, SÉNÉCHAL DE RENNES, INVESTISSENT GERVAIS, PRIEUR DE SAINT-CYR-LÈS-RENNES, DU LEGS FAIT A SON PRIEURÉ. — (Original parchemin, jadis scellé de deux sceaux sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 495.)

Universis Xpisti fidelibus presentes litteras visuris vel audituris, magister Ad[am], archidiaconus Redonensis, et Alanus, decanus Castri Gironis[1], executores testamenti Agnetis, relicte Guillelmi, senescalli quondam Redonensis, salutem in Domino.

Universitati vestre notum fieri volumus quod, cum Guillelmus, senescallus Redonensis, et Agnes, uxor sua, emissent tria rasa avene minute, que percipere solebant Guirchenses annis singulis in prioratu Sancti Cirici Redonensis[2], dicta Agnes, in ultima voluntate sua eidem prioratui ligavit *(sic)* in perpetuam elemosinam partem suam dicte avene, videlicet rasum et dimidium, ita ut monachi ibidem Deo servientes, annis singulis, in die obitus sui, suum anniversarium celebrarent. Nos quoque prenominati exequutores testamenti dicte Agnetis, Gervasium, tunc temporis priorem Sancti Cirici Redonensis, de dicto raso et dimidio avene minute annui redditus seisivimus, secundum dicte Agnetis ultimam voluntatem.

Et ut hoc ratum habeatur in posterum presentes litteras sigillis nostris duximus roborandas.

Actum anno Domini M° CC° quadragesimo primo.

249. — 1243. — CONTRAT PAR LEQUEL CHRISTOPHE DE GUARIAU ET SA FEMME VENDENT UNE MINE DE FROMENT DE RENTE, MESURE DU PONT DE TOURS, QU'ILS ASSIGNENT SUR DEMI-ARPENT DE TERRE EN LA PAROISSE DE VALLIÈRES, AU FIEF DES ABBÉ ET

1. Châteaugiron, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Rennes (Ille-et-Vilaine).

2. Saint-Cyr-lès-Rennes, commune de Rennes (Ille-et-Vilaine).

RELIGIEUX DE SAINT-JULIEN. — (*Inventaire des titres de la seigneurie de Vallières,* Archives d'Indre-et-Loire, H 517, p. 27.)

250. — 1243, n. s., mars [1]. — ACTE PAR LEQUEL JEAN, ABBÉ DE GASTINES, RECONNAIT TENIR CENSIVEMENT DU PRIEUR DE SAUNAY CERTAINES TERRES QU'IL POSSÈDE A MERÉ DANS LE FIEF DE L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN. — (Original parchemin, jadis scellé de deux sceaux sur double queue de parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 503.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, frater Johannes, humilis abbas Beate Marie de Gastineta [2], totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverint universi quod nos, septem quarteria vinearum et tria quarteria pratorum et terras, quas emimus a Michaele Hamelin et a Mathea, uxore sua, que omnia sita sunt apud Mere [3], in feodo abbatis et conventus Beati Juliani Turonensis, in parrochia de Sumpnaio [4], possidemus et tenemus de dictis abbate et conventu : terras videlicet ad decimas et terragia et ad alias redibiciones que exinde antea debebantur, vineas videlicet et prata ad quatuor solidos censuales reddendos priori de Sumpnaio in festo apostolorum Petri et Pauli, apud Sumpnaium, in perpetuum annuatim, salvo eciam semper eisdem abbati et conventui et priori eorum predicto omni dominio et jure, sive justicia, quam in dictis rebus semper habuerunt et habent.

In cujus rei memoriam presentes litteras eisdem abbati et conventui contulimus sigillorum nostrorum munimine roboratas.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mense marcio.

1. L'année 1242, vieux style, a été comptée du 20 avril 1242 au 12 avril 1243. Cette charte est donc de mars 1243.
2. Gastines, ancienne abbaye de l'ordre de Saint-Augustin, commune de Villedomer (Indre-et-Loire).
3. Méré, commune de Saunay (Indre-et-Loire).
4. Saunay, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).

251. — 1243, octobre. — CHARTE PAR LAQUELLE JUHEL DE MATHEFELON, ARCHEVÊQUE DE TOURS, DONNE SON ASSENTIMENT A L'ÉTABLISSEMENT DE LA CHAPELLE DE SAINT-VINCENT DANS LE PRIEURÉ DE VALLIÈRES. — (Original parchemin, jadis scellé sur queue double, Archives d'Indre-et-Loire, H 504.)

Juhellus, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverint universi quod nos quamdam capellam, quam vir religiosus et devotissimus (?) noster Evrardus, Beati Juliani Turonensis abbas, de nostra et Nicolai, presbiteri et persone de Valeriis [1], voluntate benivola et assensu, fundavit et edificavit, in honore Sancti Vincentii, in prioratu suo de Valeriis, eidem abbati suisque successoribus et monachis quiete et libere perpetuis temporibus habendam, ad celebrandum divina, concedimus et auctoritate ordinaria confirmamus.

In cujus rei memoriam presentes litteras contulimus, sigilli nostri munimine roboratas.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, mense octobris [2].

252. — 1243, décembre. — DONATION D'UNE RENTE FAITE A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR BARTHELEMY DU PLESSIS. — (Copie, B. N., Latin, 5443, p. 35.)

Universis. . . officialis Turonensis. . . salutem. . .

Coram nobis Bartholomeus de Plesseio, miles, donavit abbati et conventui Beati Juliani Turonensis unum modium frumenti ad mensuram Pontis Turonensis, et ad hoc obligavit se et sua mobilia. . .

Actum mense decembri, anno Domini M.CC.XL.III.

253. — 1244, septembre. — VIDIMUS DONNÉ PAR JUHEL DE MATHEFELON, ARCHEVÊQUE DE TOURS, DE LA SENTENCE ARBITRALE PAR LUI RENDUE DANS LE PROCÈS ENTRE LES MOINES DE

1. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire).
2. Au dos est écrit : *Littere de consensu archiepiscopi ad edificacionem capelle Sancti Vincencii de Valeriis.*

Saint-Julien et Guillaume de Brenne. — (Copie sur papier, Archives d'Indre-et-Loire, H 489.)

Juhellus, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverint universi nos, abbati et conventui Beati Juliani Turonensis litteras de compromissione facta in nos, inter ipsos dictos abbatem et conventum, ex una parte, et Willelmum de Brenna, militem, ex altera, et de dicto nostro, prout infra per seriem continetur, dedisse sigillo nostro antiquo longuo, quo tunc temporis utebamur, sigillatas.

Tenor litterarum hic est :

[Ici le texte du n° 241.]

Et datus presentium litterarum talis : actus anno Domini M° CC° XL° quarto, mense septembri.

254. — 1244, octobre. — Donation faite devant l'official de Tours, aux religieux de Saint-Julien, par Thomas, dit l'Archevêque, de toutes les dimes des terres, tant en culture qu'à cultiver, situées en la paroisse de Bléré [1]. — (*Inventaire des titres du fief de Bléré,* Archives d'Indre-et-Loire, H 513, p. 42.)

255. — 1245, février. — Lettres de Juhel de Mathefelon notifiant l'accord établi entre l'abbaye de Saint-Julien et l'archidiacre de Tours, au sujet des églises de Vallières, la Chapelle-Saint-Remy, Ambillou, Brèches, Chenusson, etc., dépendant de la dite abbaye. — (Original parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 504.)

Juhellus, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus presentes litteras inspecturis vel audituris, eternam in Domino salutem.

Noverint universi quod, cum inter viros religiosos abbatem et conventum Beati Juliani Turonensis, ex una parte, et venerabilem virum magistrum Matheum, archidiaconum Translig[erensem], ex altera, contencio verteretur super hec, videlicet quod

1. Bléré, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).

idem archidiaconus, in quibusdum domibus eorum, videlicet de Valeriis [1], de Capella Sancti Remigii [2], de Anbillo [3], de Brechia [4], de Sancto Antonio [5] et de Chehuchon [6], procurationes petebat, ac dicti abbas et conventus, in contrarium, proponerent dictas domos minime teneri ad procurationes illas, ex quadam composicione dudum facta inter se et Gaufridum, predecessorem dicti archidiaconi, super illis procurationibus, super qua compositione litteras nostras et litteras venerabilium virorum . . decani et capithuli exibebant Turonensis, in medium per quas intendebant super hec se tueri ; quia post multas altercationes diu habitas inter eos, coram nobis, grave nobis erat et molestum, pensatis cause et personarum necnon et compositionis predicte circonstanciis et articulis, causam illam sententie deffinitive cartulo terminare.

Tandem iidem abbas et conventus et dictus archidiaconus, exhortationibus nostris et virorum bonorum consilio inducti, super causa predicta se omnino ordinacioni nostre subposuerunt, promittentes quod quicquid super premissis contentionibus ordinaremus, sive statueremus, alte et basse, inviolabiliter perpetuo observarent.

Nos vero, futuris contentionibus viam pre[. . . .] cupientes, et quedam forte in litteris predicte compositionis superflua resecare aut obmissa supplere volentes, de bonorum virorum consilio, et de dicti archidiaconi et magistri Petri, archipresbyteri Transligerensis, necnon magistri Nicholai, archidiaconi, et magistri Egidii, archipresbyteri Turonensium, quos eadem causa in consimili casu forte tangebat, voluntate et consensu speciali et expresso, super premissis contentionibus super domibus prenotatis habitis, et super domibus dictorum abba-

1. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire).

2. La Chapelle-Saint-Remy, aujourd'hui Saint-Roch, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).

3. Ambillou, canton de Château-la-Vallière (Indre-et-Loire).

4. Brèches, canton de Château-la-Vallière (Indre-et-Loire).

5. Saint-Antoine-du-Rocher, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).

6. Chenusson, commune de Saint-Laurent-en-Gastines (Indre-et-Loire).

tis et conventu in archidiaconatu Turonensi consistentibus, ordinationem nostram protulimus in hunc modum : quod pro istis domibus sive prioratibus, videlicet de Anbilleio, de Chenuchon, de Brechia, de Sancto Antonio, de Capella Sancti Remigii et de Valeriis, habebit dictus archidiaconus Transligerensis et omnes successores illius, qui tempore fuerint, sexaginta quinque solidos usualis monete, et dictus archipresbyter Transligerensis et ejus successores viginti quinque solidos, cujus totius pecunie predicte medietas eisdem solvetur in synodo Pentecostes et alia medietas in synodo Sancti Luce perpetuo annuatim.

Ceterum, cum archidiaconus et archipresbyter Turonenses dudum petiissent in domibus seu prioratibus de Renchaio [1], de Cegoigneio [2], de Parvo Gressu [3], de Derria [4] et de Messeriis [5], racione visitationis, procurationes, et super hoc compositum fuisset, licet tamen iidem archidiaconus et archipresbyter Turonenses nullam ad presens super hec moverent questionem, ne tamen eis vel eorum successoribus tribueretur occasio litigandi super predictis procurationibus, de illis ordinavimus in hunc modum, habito tamen prius eorumdem archidiaconi et archipresbyteri Turonensium speciali consensu : quod dicti archidiaconus et archipresbyter Turonenses ac eorum successores, qui pro tempore fuerint, habebunt de domibus seu prioratibus predictis, ratione procurationis : dictus archidiaconus videlicet [. . . .] solidos, et archipresbyter Turonensis et eorum successores tresdecim solidos, cujus totius pecunie medietas solvetur eisdem in synodo Pentecostes, et alia medietas in synodo Sancti Luce perpetuo annuatim.

Que videlicet pecunie summe [. . . .] prioratibus de Cigoigneio, de Rentiaco erunt percipiende, et sic dicte domus videlicet de Rentiaco et de Cignogneio, de Parvo Gressu, de Der-

1. Rençay, commune de Monts (Indre-et-Loire).
2. Cigogné, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
3. Le Petit-Grais, commune d'Azay-sur-Cher (Indre-et-Loire).
4. Dierre, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
5. Mézières, commune de Dolus (Indre-et-Loire).

ria, de Messeriis et domus de Lucigneio[1] et omnes alie domus prescripte de archidiaconatibus Turonensi et Transligerensi ab omnibus procurationibus, seu a qualibet prestacione, loco procurationum, erunt absolute et libere omnino in perpetuum et inmunes, salvis tamen eisdem archidiaconis et archipresbyteris visitatione, correctione ac aliis omnibus ad eorum jurisdictionem spectantibus, salvo nichilominus eisdem archidiaconis et archipresbyteris, quod, si quandoque venerint ad loca superius nominata, ibidem cum expensis propriis liberaliter absque contradictione qualibet admittantur.

Ordinavimus eciam seu statuimus quod, nisi eisdem archidiaconis et archipresbyteris solute fuerint predicte pecunie summe, ut dictum est, et in terminis prenotatis, ipsi statim, nulla monicione premissa, administratores seu priores omnium locorum predictorum, in quibus sunt percipiende et qui defecerint in solvendo, condigna possint animadversione punire, et sic omnes archidiaconi et archipresbyteri prenotati vel eorum successores, in omnibus prenotatis domibus seu prioratibus nichil amplius, ultra summas pecunie predictas, racione cujuslibet visitacionis vel procurationis, poterunt de cetero reclamare, sive excreverint, sive non, dictarum domorum seu prioratuum facultates.

In cujus rei memoriam ad petitionem utrorumque presentes litteras conscribi fecimus et sigilli nostri testimonio communiri.

Nos vero magistri Nicholaus, archidiaconus, et Egidius, archipresbyter Turonenses, et nos magistri Matheus, archidiaconus, et Petrus, archipresbyter Transligerenses, ordinacionem prescriptam ratam et stabilem in perpetuum habemus, et ei in universis et singulis expresse et principaliter omnimode consentimus, et presentibus litteris singuli singula sigilla nostra apposuimus in testimonium et munimen.

Procuravimus eciam nichilominus, nos archiepiscopus et nos archidiaconi et archipresbyteri, quod venerabiles viri . .

1. Leugny, commune d'Azay-sur-Cher (Indre-et-Loire).

decanus et capitulum Turonense presentibus litteris sigillum capituli apposuerunt in predicte compositionis, testimonium et munimen.

Ac nos decanus et capitulum Turonense ordinacionem seu compositionem istam predictam (?) ratam in perpetuum habemus et firmam, et sigillacioni (?) presentium ad petitionem ipsorum omnes in generali et singuli in capitulo nostro voluntarie consentimus.

Actum anno Domini M° ducentesimo qua[dragesimo] quarto, mense februarii.

256. — 1245, août. — DONATION DU LIEU DE LA FOLIE, SITUÉ A BLÉRÉ, FAITE A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR ANSELME DE BLÉRÉ. — (Original parchemin, jadis scellé sur double queue et copie papier, Archives d'Indre-et-Loire, H 400.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Turonensis, salutem in Domino.

Noveritis quod, coram nobis in jure constitutus, Ancelmus de Blere dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam Deo et abbati et conventui Beati Juliani Turonensis quoddam tenementum quod habebat apud Blereium[1], quod vulgo appellatur la Folie, situm in feodo Guillelmi Marque, militis, a dictis abbate et conventu vel eorum mandato, cum domo, vineis et omnibus aliis pertinenciis quiete et libere in perpetuum, nomine elemosine, possidendum.

Hanc siquidem donacionem voluerunt et concesserunt firmamque et stabilem in perpetuum habuerunt : Laurentia, filia ipsius Ancelmi ; Gaufridus, filius ejusdem, et Raginaldus, maritus dicte Laurentie, coram nobis similiter constituti.

Et promiserunt, tam idem Ancelmus quam alii prenominati, quod contra non venient, per se vel alium, et quod in dicto tenemento, cujuslibet juris vel racionis beneficio, nihil de cetero reclamabunt.

In cujus rei memoriam ad eorum petitionem dictis abbati et

1. Bléré, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).

conventui presentes litteras contulimus sigilli curie Turonensis munimine roboratas.

Actum anno Domini M° CC° XL° V°, mense augusto.

257. — 1265, novembre. — Charte de l'official de Tours, notifiant l'assentiment donné par Pierre Chef d'Or a la donation faite en faveur de l'abbaye de Saint-Julien par Anselme de Bléré. — (Original parchemin, B. N., Français, 33.203, fol. 137.)

Universis presentes litteras inspecturis, Officialis curie Turonensis, salutem in Domino.

Noveritis quod, coram nobis in jure constitutus, Petrus Chef d'Or ratam habet et firmam donationem quam fecerant Ascelinus de Blere et uxor ejus abbati et conventui Beati Juliani Turonensis, de quadam domo et vinea cum pertinentiis, sitis apud Bleré, in feodo ipsius Petri, ut dicebat ; et traditionem et quitationem de predictis eisdem abbati et conventui factam a Johanne de Tussello et ejus uxore, sorore dicti Petri, volentes et concedentes quod dicti abbas et conventus predictas domum et vineam cum pertinentiis tenant et possideant pacifice in futurum, promittentes etiam quod per se vel per alium contra dictam donationem et quitationem de cetero non venient nec aliquid in predictis aliquatenus reclamabunt, excepta justicia quam habent vel habere debent ibidem.

Et ad hec omnia fideliter et firmiter observanda, dictus Petrus fidem in manu nostra prestitit corporalem.

In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras, ad petitionem dicti Petri, dictis abbati et conventui sigillo curie Turonensis dedimus roboratas.

Datum mense novembris, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto.

258. — 1245, novembre. — Confirmation par Guillaume Market et Robert, son fils ainé, du don de certains héritages situés a Bléré en leur fief, fait a l'abbaye de Saint-Julien par Anselme de Bléré. — (Copie du XVII[e] siècle sur papier, Archives d'Indre-et-Loire, H 480.)

Universis presentes litteras inspecturis, Guillelmus Market et Robertus Marcket, filius ejus primogenitus, salutem in Domino.

Noverint universi quod nos volumus et concedimus quod abbas et conventus Beati Juliani Turonensis habeant et possideant de cetero libere, pacifice et quiete quoddam tenementum situm apud Blere, in feodo nostro, cum domo et vinea et omnibus aliis pertinentiis, quod tenementum Anselmus de Blere tenebat de Johanne de Theiseo, cujus fuit dictum tenementum, quod tenementum dictus A[nselmus] dictis abbati et conventui in perpetuam et puram elemosinam, cum assensu et voluntate dicti Johannis contulit.

Idem vero J[ohannes], dictam elemosinam ratam habens, quicquid juris habebat in dicto tenemento et pertinentibus ad illud quittavit omnino, salvis eidem Johanni quindecim solidis anni census ei inde sibi debitis, et eidem a dictis abbate et conventu, ratione dicti tenementi, annuatim persolvendis.

Nos vero presentes litteras, ad instantiam dictorum A[nselmi] et J[ohannis], ad presentes predicte donationis et concessionis et ratihabitionis nostre, dictis abbati et conventui presentes litteras dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratas.

Datum mense novembri, anno M° CC° XL° V°.

259. — 1245, décembre. — Charte de l'official de Tours, attestant la confirmation par Jean de Tusselle et Isabelle, son épouse, du don fait a l'abbaye de Saint-Julien par Anselme de Bléré. — (Original parchemin, jadis scellé sur double queue, et copie papier, Archives d'Indre-et-Loire, H 480.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Turonensis, salutem in Domino.

Noveritis quod, coram nobis in jure constituti, Johannes de Tussello et Ysabellis, uxor ejus, concesserunt abbati et conventui Beati Juliani Turonensis quiete et libere in perpetuum possidere quoddam tenementum cum domo et vinea et omnibus aliis ejusdem pertinentiis situm apud Blere, in feodo Petri

Chiefd'or, quod videlicet tenementum Anselmus de Blere, qui illud dudum tenere dicebatur de illo Johanne, dederat in elemosina dictis abbati et conventui, prout in litteris nostris continebatur, ita quod dicti abbas et conventus exinde reddent de cetero dictis Johanni et Ysabelli [et eorum] heredibus in perpetuum quindecim solidos annui census, in festo sancti Michaelis, apud Blere ; de quo tenemento, ut dice[bant], dictus Anselmus non reddebat eidem Johanni preter decem solidos censuales, omnibus aliis redibitionibus et costumis et o[mni ju]re et dominio a dicto tenemento exclusis quantum ad dictos Johannem et Ysabellem et eorum heredes preter dictos q[uindecim] solidos censuales ; et sic dicti Johannes et Ysabellis et eorum heredes, in re illa nichil aliud de cetero reclamabunt [. . .], hoc excepto, quod, si dicti abbas et conventus in solutione dictorum quindecim solidorum censualium in dicto termino deficerent, d[ictus Johannes] et ejus heredes rem predictam poterunt in manu sua saisire, donec eisdem dicti quindecim solidi persolvantur . . .

In cujus rei memoriam, ad eorum petitionem, dictis abbati et conventui presentes litteras contulimus sigilli curie Turonensis munimine roboratas,

Actum anno Domini M°CC°XL° quinto, mense decembri.

260. — 1247, 9 février. — Compromis entre l'abbé et les moines de Saint-Julien et le doyen et le chapitre de Tours, par lequel ils décident de soumettre au jugement des archidiacres d'Outre-Loire et de Tours leur différend au sujet de la haute justice de Port-Cordon. — (Copie du xviiie siècle dans l'*Inventaire des titres du fief de Port-Cordon*, Archives d'Indre-et-Loire, H 514, fol. 216.)

Universis presentes litteras inspecturis, R[aherius], decanus et capitulum Turonense, frater G., Beati Juliani Turonensis humilis abbas, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverint universi quod, cum inter nos decanum et capitulum Turonense, ex una parte, et nos abbatem et con-

ventum Beati Juliani Turonensis, ex altera, controversia mota fuisset, super alta justicia, vigeria, censu et justitia ad censivam pertinentibus in territorio de Cordon[1], scilicet de loco, nos abbas et conventus rocham habemus, et de omni territorio nostro, dicti decanus et capitulum decimam totam aut pro parte percipiunt, et de vinario et viridario et de prato quod tenet Michael de Ponteleveo, et de territorio quod vocatur clausum Girardi ; tandem super hoc compromissimus in venerabiles viros magistros A., archidiaconum Transligerensem, et archidiaconum Turonensem, concedentes et promittentes hinc inde quod, quidquid supra dicta controversia et supra quibusdam articulis pertinentibus ad controversiam istam, propter pacem inter nos ex utraque parte perpetuo conservandam, dicti arbitrii statuerent, aut de voluntate sua de bono et equo, prout eis videretur, ordinarent, inviolabiliter observaremus ; hoc arbitrium pœna quinquagentarum librarum hinc inde mediante scriptione firmantes.

Actum anno Domini M°CC°XL°VI°, die Sabbati in octava Purificationis Beate Marie Virginis.

261. — 1247, 9 février. — Jugement arbitral des archidiacres d'Outre-Loire et de Tours, qui règle le différend existant entre l'abbaye de Saint-Julien et le chapitre de Tours au sujet de la haute justice de Port-Cordon. — (Copie du xviiie siècle dans l'*Inventaire des titres du fief de Port-Cordon*, Archives d'Indre-et-Loire, H 514, fol. 216.)

Universis præsentes litteras inspecturis, A., archidiaconus Transligerensis, et archipresbyter Turonensis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod, cum suborta esset controversia inter venerabiles viros decanum et capitulum Turonense, ex una parte, et viros religiosos abbatem et conventum Beati Juliani Turonensis, ex altera, super alta justitia, mensura et omni vigeria ad censivam pertinentibus, de quibusdam locis existentibus in territorio de Cordone ; tandem supradic-

1. Port-Cordon, commune de la Riche (Indre-et-Loire).

tam controversiam in nos dictæ partes, sub certa forma compromittere curaverunt, prout in compromissis super hoc factis plenius continetur, cujus tenor talis est :

[Ici le texte du n° 260.]

Nos igitur, receptis testibus, quos utraque pars sic, jure suo et expletis suis probandis, produxit, communicato bonorum virorum consilio, partium nihilominus ad hoc quam potuimus obtento assensu, deffinivimus, dicimus, statuimus et ordinamus arbitrando, quod loca superius nominata, prout alias per inquisitionem legitimam est repertum, sunt et movent de feodo ecclesiæ Turonensis, census autem et justicia pertinens ad censivam ecclesiæ Beati Juliani ; unde statuimus et ordinamus quod de dictis locis censum quiete et pacifice teneant et habeant, et justitiam pertinentem ad censum in locis prædictis, absque contradictione capituli Turonensis, libere possideant et expletent, salvis quinque solidis et dimidio quod dicti abbas et conventus de terris suis de Cordon ab antiquo consueverunt solvere capitulo Turonensi.

Alta autem justicia, mensura et omnis vigeria ad Turonense capitulum pertinebit, ita quod dictum capitulum de cetero justiciam altam et omnem vigeriam expletare poterit in omnibus locis prædictis, excepta rocha prædicta et domo quam super eam habent et duobus thessis largis terre circumquaque et omni parte mensurandis, in quibus rocha, domo et dictis thessis, dicimus, statuimus et ordinamus, ut multarum contentionum collatur occasio, quod ecclesia Beati Juliani habeat mensuram et omnem vigeriam et generaliter omnem aliam justiciam, propter altam, quas monachi tenebant ab ecclesia Turonensi ad servicium quinque solidorum currentis monetæ singulis annis mandato capituli Turonensis in festo Sancti Mauricii Turonensis solvendorum.

Statuimus et ordinamus, ut multis contentionibus occuratur et pro bono pacis inter utramque ecclesiam in posterum conservando, quod in locis predictis, excepta rocha, nullum herbergamentum fiat ad manendum nec ibi deinceps aliquis mansionarius habeatur.

Hec omnia supradicta ab utraque parte tenere, fieri et servari pronuntiamus arbitrando et ordinamus, potestate retenta de ipsarum partium voluntate declarandi verba si qua in supperioribus dubia sint prelata.

Actum anno Domini M°CC°XL°VI° die Sabbati ante Cineres.

262. — 1247, 23 mai. — Lettres de Michel de Villoiseau, évêque d'Angers, ordonnant que des quêtes seraient faites dans son diocèse pour l'église de Saint-Julien de Tours et accordant trente jours d'indulgences a ceux qui donneraient a ces quêtes. — (Copie, B. N., Latin, 12.677, fol. 196.)

Spiritus Domini [1]. — Michael [2], divina permissione Andegavensis episcopus, omnibus archidiaconis, decanis, archipresbiteris, prioribus, capellanis et aliis ecclesiarum prelatis, in civitate et dyocesi constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino.

Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Xpisti recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme operibus misericordie pervenire, ac seminare in terris quod, reddente Domino cum multiplicato fructu, recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam.

Ornavit. — Cum quidem ad opus fabrice ecclesie Beati Juliani Turonensis proprie non suppetant facultates, universitatem vestram monemus et exhortamur in Domino atque, in remissionem vestrorum peccatorum, injungimus ut plebes vobis a Deo commissas moneatis et efficaciter inducatis ut, de bonis sibi a Deo collatis, pias elemosinas et grata subsidia largiantur, ut per ipsorum subventiones fabrice dicte ecclesie

1. La devise *Spiritus Domini ornavit celos*, qui dans la copie est écrite à l'encre rouge dans le texte, était probablement en cirographe sur l'original.

2. Michel de Villoiseau, évêque d'Angers, 1240-1260.

consulatur, et per hec et alia bona, Domino inspirante, fecerint, ad eterna possint gaudia pervenire.

Nos vero, de Omnipotentis divina misericordia, et beate Marie et beatorum Mauricii sociorumque ejus et omnium sanctorum Dei intercessionibus confisi, omnibus benefactoribus dicte ecclesie, triginta dies de penitentiis, que eis secundum exigentiam delictorum suorum injungi debuissent, misericorditer relaxamus.

Inhebemus *(sic)* etiam vobis, ne aliquem predicatorem elemosinarum questorem, in vestris ecclesiis admittatis, nisi litteras nostras vobis ostenderit, in quibus contineatur quis ipse sit et ad quid mittatur.

Celos. — Et questa vero, quando facta fuerit per proximam diem dominicam vel solemnem post susceptionem presentium litterarum, latori earumdem, sine diminutione aliqua, tradatis.

Valeant littere iste usque ad annum.

Datum die Jovis post sanctum sinodum Pentecostes, anno M°CC°XL° septimo.

263. — 1248, 22 novembre, Lyon. — Bulle du pape Innocent IV accordant aux moines de Saint-Julien de ne pouvoir être a l'avenir contraints par lettres apostoliques a conférer a qui que ce soit un de leurs bénéfices. — (Analyse, C. N., Latin, 12.677, fol. 202.)

Innocentius, monachis Sancti Juliani Turonensis, indulget ut ad receptionem, vel provisionem, alicujus in pensionibus seu beneficiis ecclesiasticis cogi de cætero per litteras apostolicas non possint, nisi plenam et expressam de hac indulgentia fecerint mentionem.

Datum Lugduni X kalendas decembris, pontificatus anno VI.

264. — Vers 1250. — Contrat de vente par Geofroi Haderique a H[. . .], doyen de Baieux, d'une pièce de terre, . . . joignant d'une part au frère du dit vendeur, d'autre a l'aumone de Saint-Julien de Tours. — (Archives du Calvados, Registre A. 151, f° 8.)

265. — 1250. — Accord entre l'abbaye de Saint-Julien et Jeanne, comtesse de Vendome, sur la justice de Beaumont-la-Chartre. — (Original parchemin, jadis scellé de trois sceaux, Archives d'Indre-et-Loire, H 479. Imprimé, *Chartes Vendômoises,* publiées par l'abbé Ch. Métais, n° CCCLXV, p. 381.)

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, Johannes, archidiaconus Transligerensis, et Gaufridus, archipresbyter Turonensis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, cum contencio verteretur inter religiosos viros abbatem et conventum Beati Juliani Turonensis, ex una parte, et nobilem dominam Johannam, comitissam Vindocinensem, ex altera, super justicia territorii prioratus de Bellomonte juxta Cartam [1], Cenomanensis diocesis, quam justiciam dicti abbas et conventus ad se dicebant totaliter pertinere, dicta comitissa in contrarium asserente dictam justiciam totaliter ad se et heredes suos pertinere; tandem, de bonorum virorum consilio, dicti abbas et conventus et dicta comitissa, pro se et Buchardo, filio suo et herede presente et consenciente, gratanter compromiserunt in nos et promiserunt sub pena centum librarum currentis monete, a parte resiliente a dicto seu arbitrio nostro parti observanti dictum nostrum seu arbitrium integre persolvendo, quod quicquid super dicta contencione pace vel judicio statueremus seu ordinaremus, alte et basse, perpetuo inviolabiliter observarent et tenerent.

Nos vero, tam per testes hinc inde productos quam alias prout melius potuimus, veritate super contencione predicta diligenter inquisita, communicato bonorum virorum consilio, dictum nostrum protulimus in hunc modum, videlicet quod tota alta justicia dicti territorii et pertinencie ad eandem, dicte comitisse et ejus heredibus quiete et pacifice in perpetuum remanebunt, et tota vigeria predicti territorii et pertinencie ad eandem, et quelibet alia justicia preter altam et ejus perti-

1. Beaumont-la-Chartre, commune de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).

nencias, dictis abbati et conventui libere et quiete remanebunt explectanda in territorio supradicto et alibi, sicut viderint expedire, salvis tamen aliis juribus et consuetudinibus tam dictis abbati et conventui quam dicte comitisse et suis heredibus percipiendis, habendis et explectandis ab eisdem, sicut habere, explectare, percipere ab antiquo consueverunt.

Istud autem dictum nostrum injunximus utrique parti et suis successoribus et heredibus sub pena predicta in perpetuum observandum et tenendum, cui dicto seu arbitrio nostro dicte partes et dictus Buchardus acquieverunt, se et heredes suos et successores ad inviolabilem observationem dicti seu arbitrii nostri supradicti in perpetuum observantes.

In cujus rei memoria, ad peticionem parcium predictarum, presentibus litteris, una cum sigillo prefate comitisse pro se et Buchardo, filio suo, sigilla nostra duximus apponenda in testimonium veritatis.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo.

266. — 1250, 11 novembre. — Lettres de Geoffroy de Loudun, évêque du Mans, aux moines de Saint-Julien, dans laquelle il les prie de conférer au clerc Michel la cure de Saint-Aignan-de-Couptrain, vacante par la résignation de Thomas Le Veneur. — (Copie B. N., Latin, 12.677, fol. 192.)

Gaufridus [1], divina permissione Cenomanensis ecclesie minister humilis, viris religiosis et honestis abbati et conventui Sancti Juliani de Escalaria, Turonensis diocesis, salutem et sinseram *(sic)* in Domino caritatem.

Cum Thomas Le Venator, rector ecclesie Sancti Anianni de Corpoutren [2], Cenomannensis diocesis, eandem ecclesiam in manu nostra resignavit spontanea voluntate, vos rogamus et requirimus in quantum possumus, quatenus Michaeli d[e Pas]sato clerico, latori presentium, prefatam ecclesiam, pietati[s

1. Geoffroy de Loudun, évêque du Mans, 1234-1255.
2. Saint-Aignan, canton de Couptrain (Mayenne).

in]tuitu conferatis, cujus collatio ad vos dignosc[itu]r pertinere.

Bene et diu valete in Domino.

Datum [in die] festo beati Martini hiemalis, anno Domini mill[esimo CC] quinquagesimo.

267. — 1250, décembre. — Acte constatant la confraternité établie entre l'abbaye de Saint-Julien et celle de Pontlevoy. — (Imprimé, E. Quincarlet, à la suite du *Martyrologe-obituaire de Saint-Julien,* dans les *Mémoires de la Société Archéologique de Touraine,* t. XXIII, p. 324.)

Delabentur cum lapsu temporum gesta mortalium perennari solent memoria litterarum.

Hujus siquidem rationis intuitu annotandum scripto decrevimus societetam Pontilevii et Sancti Juliani Turonensis ecclesiarum ordinatam in hunc modum, quod si abbas alterius ecclesiæ ad alteram venerit plenam habeat potestatem, et culpas corrigendi, et ob culpam suam regulari disciplinæ subditores absolvendi.

In obitu vero eorumdem abbatum tantum faciet ecclesia Pontilevii pro abbate Sancti Juliani quantum pro proprio, et similiter ecclesia Sancti Juliani faciet converso.

De monachis autem statutum est, ut commune sit eis utriusque capitulum ecclesiæ, et hinc inde suscipiantur non tanquam hospites sed tanquam proprii monachi et professi. Si vero quandoque contigerit, occasione alicujus scandali, monachos alterius ecclesie transire ad alteram, non pro fugitivis sed tanquam professis et propriis habeantur, ibidem viventes regulariter donec ecclesiæ et abbatis suæ graciæ reparentur, nisi tam enormis eorum excessus et crimen tam notorium et manifestum fuerit, propter quod a proprio monasterio debeant expelli.

In obitu autem monachorum, cum eorum obitus ab altera ecclesia alteri fuerit nunciatus, commune fiet servicium in conventu, et unusquisque sacerdotum unam missam celebrabit et clerici, qui sacerdotes non fuerint, quinquaginta psalmos, laici quinquagies *Pater noster*.

Præterea ecclesia Pontilevii singulis annis mictet breve apud Sanctum Julianum in die festivitatis gloriosi martiris Juliani, ubi prius fiet in conventu solemne servicium et missarum subsequatur beneficium triennale. Similiter et ecclesia Beatissimi Juliani mictet breve suum apud Pontelevium in crastino Assumptionis gloriosæ Virginis Mariæ.

De infantibus autem decretum est ut, cum abbas alterius ecclesiæ ad alteram accesserit, licebit ei quemlibet in stalum ponere si viderit expedire.

Actum anno Domini M.CC.L, mense decembri.

268. — 1251, décembre. — Charte par laquelle Jean Aubert et Hervé Breton, son beau-frère, reconnaissent devoir au chapitre Saint-Martin de Tours douze sous de cens pour faire l'anniversaire de Gervais de Montsoreau. — (Original parchemin, jadis scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 498.)

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, magister Nicholaus, archidiaconus Transligerensis Turonensis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, constituti coram nobis Johannes Auberti et Herveus Brito, sororius suus, confessi sunt in jure quod ipsi et eorum heredes tenentur reddere annuatim in festo Nativitatis Domini duodecim solidos censuales ecclesie et capitulo Beati Martini Turonensis de quadam insula que vocatur insula Leprosie, et de quadam terra que est propinqua dicte insule, que vocatur terra Convaillereu, sitis in parrochia Sancti Medardi de Pila[1], in feodo Beati Martini Turonis, pro anniversario defuncti Gervasii de Monte Sorelli in dicta ecclesia celebrando, et promiserunt predicti Johannes Auberti et Herveus, sororius ejus, quod ipsi et eorum heredes predictos duodecim solidos censuales redderent annuatim in posterum predicto capitulo in festo predicto, et super hoc obligaverunt eidem capitulo se et omnia bona sua et heredes

1. Saint-Mars-la-Pile, *modo*, Cinq-Mars-la-Pile, canton de Langeais (Indre-et-Loire).

suos et specialiter pratum ipsorum quod vocatur pratum Rillet in dicta parrochia situm in feodo Andree Breteau, fide coram nobis prestita corporalli.

Datum mense Decembris, anno Domini M°CC° quinquagesimo primo.

269. — 1252, février. — ACTE PAR LEQUEL BARTHÉLEMY DU PLESSIS CONFIRME A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN LA PROPRIÉTÉ DE LA MÉTAIRIE DE LA SOURDERIE, DONNÉE AU PRIEURÉ DE BUEIL PAR PIERRE DE BUEIL, CLERC, ET EN MÊME TEMPS DISPENSE LE PRIEUR DE BUEIL DU CENS QU'IL LUI DEVAIT. — (Original parchemin, jadis scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 481.)

Universis presentes litteras inspecturis, Bartholomeus de Plessiaco, miles, salutem in Domino.

Notum [facio] universis quod ego, attendens curialitatem et liberalitatem, quam mihi et meis fecerunt abbas et conventus Beati J[uliani] Turonensis, pro salvatione anime mee et animarum antecessorum meorum, dedi et concessi eisdem quod ipsi teneant in perpetuum [et pos]sideant quiete et pacifice ad opus prioratus ipsorum de Buellio[1], medietariam de Soudevaria[2], cum omnibus pertinent[iis] suis et cum omnibus juribus, et dominiis et justiciis quas ibi habebam vel habere poteram, in feodo meo, sitam in parrochia de Buellio, quam eis dudum dederat magister Petrus de Buellio clericus.

Preterea, cum prior de Buellio deberet [reddere] mihi sex solidos et unum denarium annui census tam de vineis et terris de Montlivaut[3] quam de Cruce et decem solidos annui census de dicta medietaria, omnes istos census et omnes alias redibitiones, quas super easdem terras et vineas habebam vel habere poteram, dictis abbati et conventui ad opus dicti prioratus quitavi omnino in perpetuum [et concessi], nichil mihi vel meis heredibus in predictis medietaria, vineis et terris et

1. Bueil, canton de Neuvy-le-Roy (Indre-et-Loire).
2. La Sourderie, commune de Bueil.
3. Molivault, commune de Bueil.

earum pertinentiis retinens preter[quam d]uodecim denarios de annuo servitio solummodo, reddendo mihi et meis heredibus in vigilia Nativitatis Domini, apud [Pl]essiacum[1] ad domum meam.

Et concessi quod contra elemosinam seu concessionem istam per me vel per alium [de cetero non ven]iam et quod in omnibus rebus predictis quolibet jure vel juris beneficio nichil de cetero reclamabo, volens [et concedens] me et heredes meos ad hec omnia sequenda fideliter in perpetuum et tenenda per quemlibet judicem ecclesiasticum et seculareve compelli.

In cujus rei memoriam presentes litteras dedi dictis abbati et conventui sigilli mei munimine roboratas.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mense februarii.

270. — 1252, du 1er au 7 avril[2], Caen. — ACTE PAR LEQUEL NICOLAS D'HABLOVILLE RECONNAIT LES DROITS DE L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN SUR L'ÉGLISE D'HABLOVILLE. — (Copie, B. N., Latin, 5 443, p. 80. Imprimé, *Recueil des jugements de l'Échiquier de Normandie,* n° 792.)

Apud Cadomum, in scacario Paschæ M.CC.LII.

Omnibus . . . Nicholaus de Hablovilla, clericus Sagiensis diocesis salutem.

Notum facio quod, cum impeterem, in curia domini regis in sacario Cadomensi, viros religiosos J[ohannem], abbatem Beati Juliani Turonensis, et ejusdem loci conventum, super jure patronatus ecclesie de Hablovilla[3], Sagiensis dyocesis, quod jus ego dicebam ad me, jure hereditario pertinere, et me presentare debere personam ad ecclesiam supradictam, quod abbas negabat . . . exhibitis ex parte dicti abbatis multiplicibus litteris et instrumentis per que michi constitit evidenter jus patronatus dicte ecclesie ad dictum abbatem et

1. Le Plessis-Barbe, commune de Bueil.
2. Il s'agit sans doute de la session de l'Échiquier de Normandie tenue dans l'octave de Pâques 1252.
3. Habloville, canton de Putanges (Orne).

conventum pertinere, et multociens presentasse; ego, attendens nichil juris habere, dimisi imperpetuum et quictavi dictis abbati et conventui si quid juris habebam in patronatu ecclesie supradicte in kacario Cadomensi . . .

Actum in curia domini regis in kacario Cadomensi, coram magistris domini regis, videlicet : Johanne [1], episcopo Ebroicensi; . . . magistro Odone de Locrit; domino de Gaufrido de Capella, milite.

Testes : Guido [2], episcopus Baiocensis; Fulco [3], episcopus Luxoviensis; Johannes [4], episcopus Constanciensis; Guillelmus [5], episcopus Abriciensis; Gaufridus [6], episcopus Sagiensis; Ricardus [7], abbas Sancti Michaelis de Periculo Maris; magister Herbertus [8], decanus Baiocensis; Petrus de Locellis officialis Baiocensis; Stephanus de Porta, miles, ballivus Rothomagensis; Robertus de Pontesia, ballivus Baiocensis et Cadomensis; Lucas de Vilers, ballivus Constantiensis; Guillelmus Chambremer, decanus Sepulcri Cadomensis; Ricardus, vicecomes Baiocensis et multi alii.

Anno Domini M.CC.LII, mense aprili.

271. — 1252, mai. — ACCORD ENTRE PIERRE SAVARY, SEIGNEUR DE MONTBAZON, AU SUJET DES DROITS DE JUSTICE SUR DIVERSES TERRES. — (Copie, B. N., Latin, 5.443, p. 115.)

Universis . . . ego Petrus Savarici, dominus Montis Basonis [9], salutem.

Noverint universi quod, cum contencio esset inter me, ex una parte, et abbatem et conventum Beati Juliani Turonensis, ex altera, super juridictione et justitia, quam dicebam me

1. Jean de la Cour d'Aubergenville, évêque d'Évreux, 1244-1256.
2. Guy, évêque de Bayeux, 1241-1260.
3. Foulques d'Astin, évêque de Lisieux, 1250-1267.
4. Jean d'Essey, évêque de Coutances, 1251-1274.
5. Guillaume de Sainte-Mère-Église, évêque d'Avranches, 1236-1252.
6. Geoffroy de Mayet, évêque de Séez, 1241-1258.
7. Richard Tustin, abbé du Mont-Saint-Michel, 1236-1264.
8. Herbert de Charmant, doyen de Bayeux.
9. Montbazon, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).

debere habere in villa et territorio de Ciconiaco[1] . . . et in territorio eorum de Ranavo . . . et super usagio, quod dicebant se habere in nemore de Brunsesneio[2], cum sex bestiis ad calfagium abbatie sue; tandem . . . in hunc modum convenimus : quod tota jurisdictio, justitia, vigeria cum pertinenciis remanent dictis monachis in perpetuum, salva michi chevaucheia super homines quando dominus rex me submonebit . . . et salva grossa venatione . . .

Usagium ad calefaciendum dimisi eis in dicto nemore de Brunsesneio cum sex bestiis . . .

Dictis abbati et conventui dedi presentes litteras, sigilli mei munimine roboratas.

Actum anno Domini M.CC.LII, mense maio.

272. — 1253, 7 avril. — Lettres de Geoffroy de Loudun, évêque du Mans, enjoignant a l'archidiacre de Passais de mettre Robert de l'Aigle en possession de la cure de Couptrain qui vient de lui être conférée. — (Copie. B. N., Latin, 12.677, fol. 192.)

Gaufridus, Dei gratia Cenomannensis episcopus, venerabili et discreto archidiacono.

Cum vos, quemdam Robertum de Aquila, presbyterum, latorem presentium, presentaveritis nobis ad ecclesiam de Corputren[3], liberam et vacantem, nosque eum receperimus ad eandem, vobis mandamus quatenus ipsum Robertum inducatis seu induci faciatis in corporalem possessionem ecclesie supradicte.

Datum apud Uvrorius[4], die lune post *Isti sunt dies*, anno Domini millesimo CC° quinquagesimo secundo.

1. Cigogné, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
2. Forêt de Brechenay.
3. Couptrain, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Mayenne (Mayenne).
4. On peut également lire : *Vinorius, Vivorius, Umorius, Uvrorius.* Nous ne connaissons aucune localité dans le Maine à laquelle l'une ou l'autre de ces formes puisse s'appliquer. Peut-être est-on en présence d'une mauvaise lecture de *Vivonium*, Vivoin, ou de *Yvreium*, Yvré-l'Évêque ?

273. — 1253, n. s., 15 avril, Couptrain. — LETTRES DU DOYEN DE JAVRON ATTESTANT QU'IL A MIS ROBERT DE L'AIGLE, PRÊTRE, EN POSSESSION DE L'ÉGLISE DE COUPTRAIN A LAQUELLE IL AVAIT ÉTÉ PROMU PAR L'ÉVÊQUE DU MANS SUR LA PRÉSENTATION DE L'ABBÉ DE SAINT-JULIEN. — (Copie, B. N., Latin, 12.677, fol. 192.)

Universis presentes litteras inspecturis, decanus Gabronensis, Cenomannensis diocesis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, die dominica qua cantatum fuit *Isti sunt dies*, presentibus nobis apud Maydranum [1], in decanatu nostro, recepit dominus archidiaconus de Passayo, Robertum de Aquila, presbiterum, ad ecclesiam de Corptren, tunc temporis liberam et vacantem, per presentacionem religiosi viri abbatis Sancti Juliani Turonensis, qui dominus archidiaconus, post dictam receptionem, dictum Robertum, cum litteris suis remisit ad reverendum dominum Cenomannensem episcopum, prout moris est in diocesi Cenomannensi, prestando *(sic)* nobis auctoritate ponendi dictum Robert[um, l]oco ipsius, in corporalem possessionem predicte ecclesie, qu[ando]-cumque nobis constaret de receptione facta a domino Cenomannensi, quorum tenor talis est :

[Ici le texte du nº 272.]

Nos vero, auctoritate premissa, eadem die Martis, predictum Robertum in corporalem possessionem induximus, et sigillo curie nostre presentes sigillamus litteras ad petitionem ipsius Roberti et in testimonium veritatis.

Datum apud Corpotrem, die Martis ante Resurrectionem Domini, anno supradicto [M. CC. LII.].

274. — 1253, v. s., avril. — ACCORD ENTRE LES MOINES DE SAINT-JULIEN ET JEAN, COMTE DE SOISSONS ET DE CHARTRE ET SEIGNEUR D'AMBOISE, A CAUSE DE MATHILDE, DAME ET HÉRITIÈRE D'AMBOISE, SON ÉPOUSE. — (Note, B. N,, *Dom Housseau,* t. XIII [1], nº 8.535.)

1. Madré, canton de Couptrain (Mayenne).

275. — 1255, février. — CHARTE PAR LAQUELLE MATHIEU DE NOUZILLY ET PAQUÈNE, SA FEMME, RECONNAISSENT TENIR A CENS UNE MAISON SISE A TOURS DANS LE FIEF DE L'ABBAYE. — (Original parchemin, scellé sur simple queue de parchemin, Archives d'Indre-et-Loire, H 489.)

Universis presentes litteras inspecturis, officialis archidiaconi Turonensis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, constituti in jure coram nobis, Matheus de Nozilleio et Pasquena, ejus uxor, confessi sunt se tenere et possidere ab abbate et conventu Beati Juliani Turonensis quamdam domum, sitam in feodo dictorum abbatis et conventus in chabena Turonensi, que fuit defuncti Guillelmi de Sancto Anthonio, ad annuum censum viginti quinque solidorum monete currentis, solvendorum, ab eisdem M[atheo] et Pasquena, ejus uxore, et eorum heredibus, dictis abbati et conventui in hiis terminis, videlicet : duodecim solidos et dimidium ad Nativitatem Beati Johannis Baptiste, et alios duodecim solidos et dimidium ad Nativitatem Domini annuatim, salvis quinque solidis censualibus, qui debentur Girardo Gastinelli super dicta domo, ab eisdem M[atheo] et ejus uxore et heredibus suis, dicto Girardo similiter persolvendis, ad habendum et possidendum ab ipsis M[atheo] et ejus uxore et eorum heredibus in perpetuum ad dictum censum ab ipsis abbate et conventu libere, pacifice et quiete. Prenominati vero M[atheus] et P[asquena] ejus uxor tenentur dictam domum tenere in bono statu, in adeo equivalenti quo modo est vel etiam meliori. Et de hiis omnibus inviolabiliter observandis et de predicto censu dictis abbati et conventu predictis terminis integre persolvend[o] prefacti M[atheus] et ejus uxor se et omnia bona sua et heredes suos obligaverunt fide prestita corporali.

Actum anno Domini M°CC°L^{mo} quarto, mense februarii.

276. — 1255, du 1er au 27 mars [1]. — ACTE PAR LEQUEL BARTHÉLEMY DE L'ILE-BOUCHARD ET OLIVIER DE RIVARENNES,

1. L'année 1254, ancien style, a été comptée du 12 avril 1254 au 28 mars 1255. Cette charte est donc du 1er au 27 avril 1255.

SON FRÈRE, CONFIRMENT ET VIDIMENT LA CONCESSION DE LA MÉTAIRIE DE LA SOURDERIE, FAITE AU PRIEURÉ DE BUEIL PAR BARTHÉLEMY DU PLESSIS. — (Original parchemin, jadis scellé de deux sceaux pendants, Archives d'Indre-et-Loire, H 481.)

Universis presentes litteras inspecturis, Bartholomeus, dominus Insule Bucardi [1], et Oliverius, dominus Rivaranne [2], frater ejus, milites, salutem in Domino.

Noveritis quod ego Oliverius litteras Bartholomei de Plessiaco, militis, quondam fidelis mei, audivi et intellexi continentes verba infra scripta :

[Ici le texte du n° 269.]

Donationem itaque et concessionem supradictas caritative volo et concedo esse in perpetuum ratas et firmas, stabiles et acceptas, utpote dominus feodi quem teneo in paragium de dicto Bartholomeo, fratre meo, easque auctoritate et juridictione mea confirmo, promittens quod contra non veniam per me vel per alium de cetero in futurum, et concedo me garantizaturum monachis predictis predictam medietariam cum pertinentiis contra omnes seu erga omnes secundum jus, sine aliqua compulsione quam possim facere ipsis vel priori de Buellio, qui pro tempore fuerit, [. . . supra]dictas a manu sua, ratione qualibet, amovendas, et sine aliqua exactione seu redibitione quam possim ab eo petere ratione rerum earumdem et etiam de ea que ratione rerum debetur.

Et super hoc obligo predictis abbati et conventui et priori predicto me et omnia bona mea ubicumque sint, necnon et heredes meos specialiter et expresse, fide a me super hoc etiam prestita corporali.

In cujus rei memoriam predictis abbati et conventui et priori predicto presentes litteras concedo sigilli mei munimine roboratas.

Ego vero Bartholomeus, ad petitionem fratris mei predicti, universa et singula predicta mihi legi faciens et intelligens,

1. L'Ile-Bouchard, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Chinon (Indre-et-Loire).

2. Rivarennes, canton d'Azay-le-Rideau (Indre-et-Loire).

ea gratanter accepto et firma et stabilia habeo et ea confirmo, et, obligatione qua idem frater meus se et omnia bona sua et heredes suos monachis obligat, me eis obligo et omnia mea et heredes meos fide nichilominus a me corporaliter data, et sigillum meum una cum sigillo fratris mei presentibus appono in testimonium veritatis.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mense martio.

277. — 1257, mai. — Vente par Th[omas] Lefavre[1], a H., doien de Baieux, d'une pièce de terre,... située a Roncheville, joignant d'une part a Richard Auguin et d'autre a Guillaume Caison. — (Archives du Calvados, registre A 151, fol. 8. — Autres analyses, Archives du Calvados, registre A 155, p. 13, et Archives d'Indre-et-Loire, registre H 515, p. 13.)

278. — 1257, mai. — Charte par laquelle Pierre Maurice de Villentrois abandonne pour sa part d'héritage a Eudes, clerc, son frère, la dime qu'il possédait a Saint-Georges-sur-Cher. — (Copie, B. N., Latin, 5443, p. 130.)

Universis. . . officialis Turonensis, salutem.

In nostra presentia constitutus, Petrus Mauricii de Villa Entras, domicellus, filius primogenitus defuncti Petri Mauricii, militis, et Erenburgis, uxoris dicti Petri, donat Odoni, fratri suo, clerico, pro portione sua hereditaria. . . decimam quam tenebat tanquam primogenitus. . . in parrochia Sancti Georgii de Chesa[2]. . .

Actum mense maii M.CC.LVII.

279. — 1258. — Cession et donation par Jean de Chermon, neveu du doien de Baieux, aux abbé et religieux de Saint-Julien, de tout ce que le dit doyen avait acquis a Roncheville et dans la paroisse de Bavant, soit en terres,

1. Thomas Le Favre de Masville, dans les registres A 155 des Archives du Calvados et H 515 des Archives d'Indre-et-Loire

2. Saint-Georges-sur-Cher, canton de Montrichard (Loir-et-Cher).

BOIS, POSSESSIONS, REDEVANCES, HOMMAGES ET DOMAINE QUELCONQUE[1]. — (Archives du Calvados, A 151, fol. 8.)

280. — 1258 (v. s.), mars[2]. — ACHAT PAR LES MOINES DE SAINT-JULIEN D'UN ARPENT DE VIGNE A CERELLES. — (Original parchemin, jadis scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 473.)

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Turonensis, salutem in Domino.

Noveritis quod constituti coram nobis Herveus Girardi et Petronilla, ejus uxor, vendiderunt abbati et conventui Beati Juliani Turonensis unum quarterium vinee, quod se habere dicebant in parrochia Cesolis[3], in feodo eorumdem abbatis et conventus juxta vineas ejusdem conventus, precio quadraginta quinque solidorum turonensium sibi solutorum, ut dicebant, ab ipsis abbate et conventu, habendum et pacifice perpetuo possidendum titulo emptionis. Et de predicta venditione tenenda et fideliter et firmiter observanda et de non veniendo contra eandem et de non reclamando al[iquid] (?) de cetero in dicto quarterio vinee, per se vel per alium, nomine dotis vel alio quocumque jure, et de garentizando eisdem abbati et conventui vel eorum mandato predictam vineam vendi[tam] (?) per annum et diem, secundum usum et consuetudinem patrie, et semper per jus contra omnes, fide data in manu nostra, se affinxerunt (?), bona fide, mobilia et immobilia, presentia et futura, ac heredes suos specialiter obligando eisdem, renunciantes nichilominus exceptioni non numerate pecunie et non tradite, et omni beneficio et auxilio juris tam canonici quam civilis.

1. C'est vraisemblablement la même charte qui, à la page 13 des registres A 155 des Archives du Calvados et H 515 des Archives d'Indre-et-Loire, est analysée : « Donation faite aux abbé et religieux de Saint-Julien de Tours, par Herbert Guondi, doyen de Bayeux, de plusieurs acquisitions par luy faitte à Roncheville, datté de l'an 1258. »

2. L'année 1258, vieux style, a été comptée du 24 mars 1258 au 13 avril 1259. Cette charte et les suivantes sont donc ou du 24 au 31 mars 1258, ou de mars 1259.

3. Cerelles, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).

Datum anno Domini M° CC° L° septimo, mense marcio[1].
Sous le repli : G. Peñ.

281. — 1285 (v. s.), mars. — DONATION FAITE A L'ABBAYE DE SAINT-JULIEN PAR PHILIPPE DE EVRE ET BLANCHEFOR, SON ÉPOUSE, DU CONSENTEMENT DE PHILIPPE, LEUR FILS AINÉ, DES DIMES QU'ILS POSSÉDAIENT A SAINT-GEORGES-SUR-CHER. — (Copie, B. N., Latin 5.443, p. 54.)

Universis. . . officialis curie Turonensis, salutem.

In nostra presentia, Philippus de Evre, miles, et dicta Blanchefor, uxor ejus, assensu Philippi, primogeniti eorum, . . . dederunt ecclesie Beati Juliani Turonensis. . . omnes decimas, quas percipere poterant in feodo dictorum abbatis et conventus de Chesia[2], et in aliis feodis in parrochia Sancti Georgii de Chesia.

. . . M.CC.LVII, mense marcio.

282. — 1258 (v. s.), mars. — ACCORD PAR LEQUEL JEAN DE BERRIE, SEIGNEUR D'AMBOISE ET DE MONTRICHARD, DU CONSENTEMENT DE JEAN DE BERRIE, SON FILS AINÉ, RENONCE AU DROIT DE SEGRAIRIE QU'IL PRÉTENDAIT SUR LES BOIS DES MOINES DE SAINT-JULIEN, SITUÉS DANS LES CHATELLENIES D'AMBOISE ET DE MONTRICHARD. — (Copie, B. N., Latin 12677, f° 199.)

Cum contentio aliqua verteretur inter Johannem de Berria, Ambaziæ[3] et Montis Richardi[4] dominum, et monachos Sancti Juliani Turonensis, super nemoribus quæ dicti abbas et conventus habent in castellania Ambaziæ et Montis Richardi, in feodis et dominicis, in quibus nemoribus petebat habere segreagium a dictis monachis, in feodis et dominicis, quæ omnia dicti monachi ei penitus denegabant ; tandem, de bonorum virorum consilio, in hunc modum conventum est : supra-

1. Au dos, en écriture de même époque, *Empcio unius quarterii vinee apud Cerelles.*
2. La Chaise, commune de Saint-Georges-sur-Cher (Loir-et-Cher).
3. Amboise, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
4. Montrichard, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Blois (Loir-et-Cher).

dictus dominus, cum assensu Johannis de Berria, filii sui primogeniti, quittat in perpetuum et dimittit prædictis monachis prædictum segreagium, taliter quod in dictis nemoribus, tam feodis quam dominicis, in dictis castellaniis sitis, et dicti monachi ei dant ducentas et viginti libras turonensium. . .

Datum anno M. CC. LVIII, mense marcio.

283. — 1258 (v. s.), mars. — CHARTE PAR LAQUELLE JEAN DE BERRIE, SEIGNEUR D'AMBOISE ET DE MONTRICHARD, AUTORISE LES MOINES DE SAINT-JULIEN A POSSÉDER LE LIEU DE LA FOLIE-ANSEAUME, SITUÉ A BLÉRÉ, AU FIEF DE ROBERT MARQUES, SON VASSAL, ET LA VIGNE DE LA MONETÈRE, SITUÉE EN SON FIEF A SAINT-CYR SUR-LOIRE. — (Original parchemin, jadis scellé d'un sceau sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 480.)

Universis presentes litteras inspecturis, Johannes de Berria, miles, dominus Ambazie et Montis Richardi, salutem in Domino.

Noverint universi quod ego, ad augmentum ecclesie Beati Juliani Turonensis intendens, volo et concedo quod abbas et conventus ejusdem ecclesie ac eorum successores habeant, teneant seu possideant de cetero in perpetuum, libere, pacifice et quiete, quoddam tenementum situm apud Blereium[1], in feodo Roberti Marques, militis, quod feodum a me et ab antecessoribus meis tenet dictus miles, quod tenementum vocatur la Folie Anseaume[2], cum domo, rocha et vineis ibidem existentibus, et quamdam peciam vinee, que vocatur la Monetere, sitam in feodo meo, in parrochia Sancti Cyrici[3] propre Turonis, quas res dicti religiosi diu est habuerunt et tenuerunt, et adhuc tenent et possident in presenti, ex donatione et venditione, ut dicitur, sibi factis sine aliqua oppositione et absque aliqua coactione ; quam ego, nec successores mei, possimus de cetero eisdem religiosis inferre de vendendo, distrahendo seu extra manum suam ponendo in futurum res predictas, sol-

1. Bléré, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
2. La Folie, commune de Bléré (Indre-et-Loire).
3. Saint-Cyr-sur-Loire, canton de Tours (Indre-et-Loire).

vendo tamen de dicta vinea de la Monetere michi et meis successoribus censum consuetum.

Et ut hoc firmum et stabile permaneat in futurum dictis religiosis dedi presentes litteras sigillo meo sigillatas.

Datum anno Domini M° CC° quinquagesimo octavo, mense martii.

284. — 1258, mai. — Vente par Robert et Guillaume Augier aux abbé et religieux de Saint-Julien d'un septier de froment de rente assignée sur une pièce de terre située au terroir de Roncheville [1], au fief que les dits Augier tiennent des dits abbé et religieux et sur toute la terre des dits Augier. — (Archives du Calvados, registre A 151, fol. 8. — Autre analyse, Archives du Calvados, registre A 155, p. 13, et Archives d'Indre-et-Loire, H 515, p. 13.)

285. — 1259, mai. — Cession et abandon par les abbé et religieux de Saint-Julien a l'évêque de Baieux du lieu de Roncheville et ses dépendances, pour en jouir par le dit seigneur évêque sa vie durant et en paier 100 sols par année. Les hommages dus aux dits abbé et religieux par leurs sujets leur seront réservés. Veut le dit sieur évêque que le domaine qu'il acquérera au dedans du dit fief demeure après sa mort aux dits abbé et religieux [2]. — (Archives du Calvados, registre A 151, f° 9.)

286. — 1259, mai. — Ratification par le chapitre de Baieux de la cession susditte et promesse que le dit domaine de Roncheville, avec ses améliorations et acquisitions, retournerait aux dits abbé et religieux. — (Archives du Calvados, registre A 151, f° 8.)

287. — 1259, mai. — Sentence arbitrale rendue par l'official de Bayeux dans un procès entre l'abbé de Saint-

1. Roncheville, commune de Bavent (Calvados).

2. Cette même charte est analysée a la page 13 des registres A 155 des Archives du Calvados et H 515 des Archives d'Indre-et-Loire : « Autre titre par lequel apert que *Guidico facta episcopo Baiocensis de manere Roncevilla vitti ipsius comite duntaxat*, datté de l'an 1259. »

JULIEN DE TOURS ET JEAN LE BOUCHER, CURÉ DE BAVENT, AU SUJET DES DIMES DE BAVENT. — (Copie dans un vidimus de Guy, évêque de Bayeux, du 9 mai 1259. Archives du Calvados, registre A 151, f°s 29-32.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, officialis Baiocensis, salutem in Domino Salvatore.

Noveritis quod, cum contentio mota esset inter magistrum Joannem dictum Le Boucher, rectorem ecclesiæ de Bavanto[1], Baiocensis diocesis, ex una parte, et religiosos viros abbatem et conventum Sancti Juliani Turonensis, ex altera parte, super jure parrochiali et decima manerii ac totius feodi de Roncevilla[2], eisdem abbati et religiosis pertinentibus, sitis in dicta parrochia de Bavento, cujus quidem feodi dictus rector, ratione ecclesiæ suæ parrochialis de Bavento, decimas omnes ad se de jure communi pertinere dicebat, abbas vero et conventus, in contrarium asserentes, dicebant et affirmabant prædicta omnia, decimas quoque manerii ac totius dicti feodi, ad se pertinere, et quod erant et fuerant in earum certissima ac pacifica possessione a tempore etiam cujus non extat memoria, et eas bona fide et justo titulo possiderant et nunc possident.

Tandem, post multas altercationes a partibus utrisque propositas super hiisdem contentionibus, in nos sub pœna centum librarum turonensium extitit compromissum, ita quod, quidquid pace vel judicio super præmissis duceremus ordinandum, dictæ partes sub pæna prædicta fideliter observabunt.

Nos vero, auditis hinc inde partium propositis, pensata utriusque ecclesiæ utilitate, de bonorum virorum consilio, ita duximus ordinandum :

Quod prædicti manerii et feodi decimæ omnes, ab omni jure parrochiali libere et quiete, abbati et religiosis Sancti Juliani Turonensis in integro in posterum remanebunt; rectori vero ecclesiæ de Bavento et successoribus suis summam decem librarum turonensium, pro jure decimarum, sibi per dictos

1. Bavent, canton de Troarn (Calvados).
2. Roncheville, commune de Bavent.

abbatem et monachos Sancti Juliani in futurum ad festum Sancti Michaelis solvendarum, sicuti quondam felicis recordationis Hugo, Baiocensis ecclesiæ decanus, statuit et sansivit, ita nunc sansimus, statuimus et ordinamus.

In defectu autem solutionis supradictæ summæ, ipso rectori de Bavento tertiam partem decimarum, tam bladorum, fructuum, quam aliarum minutarum decimarum, nostro arbitr[ali] judicio adjudicamus.

Insuper predicti abbas et conventus dederunt et solverunt dicto rectori triginta quinque libras turonens[ium] in recompensatione prædictarum, in utilitatem ecclesiæ conjungendas.

In cujus rei testimonium præsentes litteras fecimus fieri et sigillo curiæ Baiocensis sigillari.

Dicti vero abbas et rector hanc ordinationem ratam et gratam habentes sigilla sua presentibus apposuerunt in testimonium etiam prædictorum.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense maio.

288. — 1259, mai. — Charte d'Henri, seigneur de Bavent, par laquelle il donne son consentement au jugement de l'official de Bayeux dans le procès entre l'abbaye de Saint-Julien et le curé de Bavent. — (Copie, Archives du Calvados, registre A 151, f°s 27-29. — Copie abrégée, Bibliothèque municipale de Tours, manuscrit 1278.)

Universis presentes litteras inspecturis, Henricus, dominus de Bavento, salutem in Domino.

Noveritis quod, cum inter religiosos viros abbatem et conventum Beati Juliani Turonensis, ex una parte, et magistrum Joannem dictum Le Bochier, rectorem ecclesie de Bavento, contentio moveretur super jure parrochiali et decimis manerii dictorum religiosorum de Ronceville, siti in parrochia dictæ ecclesiæ de Bavento, necnon super duabus partibus minutarum decimarum et super duabus partibus bladorum totius feodi ad dictum manerium pertinentium, de quibus dicti religiosi erant in possessione, quæ omnia dictus rector dicebat ad se pertinere jure communi ratione dictæ ecclesiæ, dictis reli-

giosis in contrarium asserentibus et dicentibus omnia predicta ad se pertinere, et quod erant et fuerant in possessione pacifica a tempore cujus non extat memoria omnium prædictorum, tandem super præmissis contentionibus fuit a dictis partibus compromissum in venerabilem virum officialem Baiocensem et super hiis ab eodem officiali ordinatum prout in litteris ipsius officialis videtur contineri.

Ego vero dictus Henricus, patronus dictæ ecclesiæ de Bavento, dictam ordinationem a dicto officiali super præmissis factam, prout in dictis litteris ipsius officialis inseritur, ratam habeo atque firmam, et eamdem, tanquam patronus, confirmo, salvo jure meo.

In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum meum apposui ad petitionem partium predictarum.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense maio.

289. — 1259, 5 mai. — Charte de Guy, évêque de Bayeux, qui ratifie la sentence rendue par l'official de Bayeux dans le procès entre l'abbaye de Saint-Julien de Tours et le curé de Bavent. — (Copie, Archives du Calvados, registre A 151, f[os] 29-32.)

Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, Guido [1], miseratione divina, Baiocensis ecclesiæ minister humilis, salutem in Domino sempiternam.

Noveritis nos vidisse et diligenter inspexisse litteras officialis nostri, sigillo [curie] Baiocensis, una cum sigillo religiosi viri abbatis Beati Juliani Turonensis et magistri Joannis dicti Le Boucher, archidiaconi ecclesiæ Baiocensis ac rectoris parrochialis ecclesiæ de Bavento, sigillatas non obliteratas nec cancellatas in hæc verba :

[Ici le texte du n° 287.]

Nos vero dictam ordinationem prout superius est expressum ratam et firmam habentes, ne super præmissis in posterum possit controversia suboriri, eadem autoritate qua pos-

1. Guy, évêque de Bayeux, 1241-1260.

sumus, confirmamus. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum præsentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum.

Actum et sigillatum, de consensu et ad petitionem dictarum partium, die lunæ in vigilia beati Joannis apostoli ante Portam Latinam, anno M.CC.LIX.

290. — 1259, décembre. — ACHAT PAR LES MOINES DE SAINT-JULIEN DE DEUX SOUS DE CENS SUR LE LIEU DE LA GUÉPIÈRE, A VALLIÈRES. — (Original parchemin scellé sur simple queue, dont il subsiste un fragment du sceau en cire brune, Archives d'Indre-et-Loire, H 504.)

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Turonensis, salutem in Domino.

Noveritis quod, constituti in jure coram nobis, Osanna dicta la Merceriere, Gaufridus et Benedicta, filii ejusdem Osanne, confessi sunt se vendidisse et vendiderunt coram nobis religiosis viris abbati et conventui Beati Juliani Turonensis duos solidos annui census, precio viginti solidorum turonensium eisdem a dictis religiosis in pecunia numerata persoluto, habendos et percipiendos, a dictis religiosis seu a mandato ipsorum, super quodam quarterio vinee, quam ipsi Osanna et filii habent et tenent in feodo dictorum religiosorum apud Valerias [1], in loco qui vocatur la Guepiere, una cum uno denario principalis census in festo Beati Mauricii annuatim. Ad quos dictos duos solidos cum dicto denario reddend[os] dictis religiosis, seu mandato suo, in dicto termino annuatim, dicti Osanna et filii obligaverunt coram nobis dictis religiosis speciale dictum quarterium vinee [2]...

Datum anno Domini M° CC° L^{mo} nono, mense decembris.

291. — 1259, décembre. — CHARTE DE JEAN, ABBÉ DE SAINT-JULIEN, RELATANT UN ACCORD AUTREFOIS ÉTABLI ENTRE LUI ET PIERRE SAVARY, SEIGNEUR DE MONTBAZON. — (Original

1. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire).
2. Nous jugeons inutile d'imprimer les longues formules juridiques des actes de la fin du XIIIe siècle.

parchemin, dont il ne reste plus que deux bandes, Archives d'Indre-et-Loire, H 461. — Copie faite sur l'original scellé en cire brune sur lacs de parchemin, B. N., Latin 5.443, p. 119, avec dessins du sceau et du contre-sceau. — Copie d'après la copie précédente, avec les dessins, Bibl. mun. de Tours, manuscrit 1278[1].)

Universis presentes litteras inspecturis, frater Johannes, humilis abbas Beati Juliani Turonensis, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noveritis quod, cum contencio verteretur inter nos, ex una parte, et defunctum Petrum Savarici, quondam dominum Montisbasonis[2], super bosco de Campo de Jars[3], quem petebamus, et dicebamus ad nos pertinere, dicto domino in contrarium asserente, et super hec inter nos et dictum dominum pacificatum fuerit et compositum in hunc modum, scilicet quod dictus dominus, in escambium dicti bosci de Campo de Jars, nobis tradidit et concessit quinque arpenta bosci qui vocatur Jeulou[4], sita inter Morterium Guidoet et haias domus nostre [de Lucigneio[5], cum assensu prioris de Gressio[6] . . . qui medietatem habebat in dicto bosco de Jeulou . . .

. . . testimo]nium dedimus presentes litteras dictis canonicis sigillis nostris sigillatas.

Datum anno Domini M° CC° quinqua[gesimo nono, mense decembri.]

292. — 1260. — Titre latin, devant l'official de Tours, au sujet des droits que le seigneur de Maillé[7] prétendait sur la terre de Vallières[8]. — (*Inventaire des titres de la seigneurie de Vallières*, Archives d'Indre-et-Loire, H 517, p. 11.)

1. Les passages entre crochets sont empruntés à la copie.
2. Montbazon, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
3. Champ-de-Jars, commune d'Azay-sur-Cher (Indre-et-Loire).
4. Jeulou, commune d'Azay-sur-Cher (Indre-et-Loire).
5. Leugny, commune d'Azay-sur-Cher (Indre-et-Loire).
6. Le Grais, prieuré de l'ordre de Saint-Augustin, commune d'Azay-sur-Cher.
7. Maillé, aujourd'hui Luynes, canton de Tours (Indre-Loire).
8. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire).

293. — 1260. — Accord entre l'abbé et les religieux de Saint-Julien de Tours et Jean de Berrie, seigneur d'Amboise[1], au sujet d'une fourche patibulaire *(scala)* que les religieux avaient fait élever en la ville de Bléré[2] et que le seigneur d'Amboise voulait leur faire abattre, et de trois autres fourches patibulaires construites par le dit seigneur d'Amboise, l'une dans la ville de Bléré, la seconde au lieu de la Chaise[3] et la troisième a Bono[4], que les dits religieux voulaient pareillement lui faire abattre. Les parties décident de confier la solution du différend au jugement de Jean de Duzage, chanoine et chantre de l'église de Tours, et d'Égide[5], sous-doyen de l'église Saint-Martin. — (*Inventaire des titres du fief de Bléré*, Archives d'Indre-et-Loire, H 513, fº 75.)

294. — 1260, 2 octobre. — Titre par lequel les religieux, abbé et couvent de Saint-Julien transigent avec Guillaume Mellequin et Innocent, son fils, au sujet de trente toises de vigne dans le fief de l'aumonier de Saint-Julien, en la paroisse de Saint-Hilaire[6] de Tours, pour lesquelles l'aumonier aura XII deniers de cens au terme Saint-Jean a perpétuité. — (*Inventaire des domaines, rentes, fiefs et seigneuries dépendant de l'Aumônerie de Saint-Julien*, Archives d'Indre-et-Loire, H 507, p. 85.)

295. — 1261, 29 janvier. — Accord passé devant l'official de Tours, le samedi avant la Purification 1260, entre les abbé et religieux de Saint-Julien et Guillaume de Bagnore, qui cède aux dits religieux deux deniers de cens qu'il avait droit de prendre sur les moulins de Fontenay[7].

1. Amboise, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
2. Bléré, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
3. La Chaise, commune de Saint-Georges-sur-Cher (Loir-et-Cher).
4. Bono, commune d'Athée (Indre-et-Loire).
5. *Sic*, dans l'analyse, pour *Gilles*.
6. Saint-Hilaire, ancien prieuré-cure en la ville de Tours.
7. Fontenay, commune de Bléré (Indre-et-Loire).

— (*Inventaires des titres du fief de Bléré*, Archives d'Indre-et-Loire, H 513, p. 21.)

296. — 1261, mars. — VENTE PAR LES EXÉCUTEURS TESTAMENTAIRES DE FEU GARIN, PRÊTRE DE SAINT-CYR-SUR-LOIRE ET CHANOINE DE SAINT-VENANT, A ROBERT COURTEMANCHE, DE PRÉS AYANT APPARTENU AU DÉFUNT. — (Original parchemin, jadis scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 505.)

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, officialis curie Turonensis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, in nostra presencia constituti, Hubertus, rector ecclesie de Evria[1], et Guillelmus, rector ecclesie Sancti Ursi de Loch[is][2], exequutores testamenti defuncti Garini, quondam presbyteri Sancti Cirici super Lig[erim][3] et canonici quondam Sancti Venancii Turonensis[4], vendiderunt magistro Roberto [Co]rtemanche, clerico, precio trigenta librarum monete currentis, sibi plenius persoluto in pecunia numerata, et ab eis recepto ad exequutionem testamenti dicti defuncti faciendam, omnia prata que dictus defunctus habebat et possidebat et habuit ac possedit in Alberia[5] apud Grois[6], ad habenda et possidenda perpetuis temporibus a predicto magistro Roberto et ejus heredibus seu mandato suo libere et quiete titulo emptionis . . .

Datum mense marcio anno Domini M° CC° sexagesimo. St[ephanus] de Calc̄.

297. — 1261, 22 septembre, Viterbe. — BULLE PAR LAQUELLE LE PAPE URBAIN IV CHARGE L'ABBÉ DE SAINT-JULIEN DE TOURS DE RÉPRIMER LES VIOLENCES FAITES A L'ABBAYE DE LA TRINITÉ DE VENDOME. — (Imprimé, *Cartulaire de la Trinité*, n° MDCCCVIII.)

1. Esvres, canton de Montbazon (Indre-et-Loire).
2. Saint-Ours, paroisse de la ville de Loches.
3. Saint-Cyr-sur-Loire, canton de Tours-nord (Indre-et-Loire).
4. Saint-Venant, ancienne collégiale en la ville de Tours.
5. *Alberia*, voyez le *Dictionnaire d'Indre-et-Loire* de Carré de Busserolle, t. I, p. 11, v° *Alberiacum nemus*.
6. Peut-être Greux *alias* Groys, commune de Montlouis (Indre-et-Loire).

298. — 1263. — Titre concernant les droits de justice et de péage de Vallières, entre *Gaufridus*, abbé de Saint-Julien, et Hardouin, seigneur de Maillé [1]. — (*Inventaire des titres de la seigneurie de Vallières*, Archives d'Indre-et-Loire, H 517, p. 11.)

299. — 1263, juillet. — L'official de Tours ne pouvant vacquer a la cause mue devant lui entre l'abbaye de Saint-Julien, d'une part, et messire Hardouin, sire de Maillé, chevalier, et ses officiers, d'autre part, a cause des affaires qui l'occupoient ailleurs, donna commission pour la poursuivre. — (B. N., *Français* 31.937, f° 27.)

300. — 1263, 17 septembre, Vernon. — L'official de Tours fit informer, par mandemenf donné a Vernon [2], au diocèze de Rennes, le lundi avant la Saint-Maurice 1263, contre les gens d'Hardouin, sire de Maillé, qui avoient jetté le curé de Vallières [3] et deux religieux de l'abbaye de Saint-Julien a bas de leurs chevaux et les avoient cruellement battu et avoient emmenés leurs chevaux, quoiqu'ils fussent chargés de l'exécution de certaine ordonnance de la cour du dit official. — (B. N., *Français* 31.937, f° 27.)

301. — 1263, septembre. — Retrait féodal, fait par l'abbaye de Saint-Julien, de vignes situées a la Guépière, paroisse de Vallières. — (Original parchemin, scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 504.)

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, officialis curie Turonensis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, cum Guillelmus Brito de Foperia Turonensis vendidisset Matheo Penee et Johanne, ejus uxori, dimidium arpentum et dimidium quarterium vinearum, sit[arum] in parrochia de Valeriis, ut dicitur, in feodo Beati Juliani Turonensis, apud la Guespiere, precio duodecim librarum

1. Maillé, *modo* Luynes, canton de Tours-nord (Indre-et-Loire).
2. Peut-être Vern, canton de Rennes (Ille-et-Vilaine).
3. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire).

monete currentis, sibi a dicto Matheo plenius persoluto, ut dicitur, in pecunia numerata ; in nostra presentia constitutus dictus Matheus Penee confessus est in jure quod abbas et conventus Beati Juliani Turonensis, tanquam feodales domini, predictam vineam retraxerunt, et eidem Matheo plenius satisfecerunt super dicto precio, et super aliis sumptibus et misiis quos idem Matheus fecerat ratione seu occasione emptionis predicte, et se tenet exinde dictus Matheus plenarie pro pagato, quittans penitus et dimittens predictis abbati et conventui predictam vineam et quicquid juris habebat in eadem...

Datum mense septembris, anno Domini M° CC° sexagesimo tercio. St. de Calc̄.

302. — 1265, 7 août. — Acte par lequel Thibauld de Mathefelon et Alix, sa femme, fille de Guillaume de Brenne, donnent quittance aux moines de Saint-Julien de la somme de dix livres et s'engagent a les garantir contre les réclamations que pourraient leur adresser au sujet de cette somme Hugues de la Brosse et Aanordis, son épouse. — (Original parchemin, jadis scellé sur simple queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 504.)

Mem[orandum]. — In mea presentia constitutus Theobaldus de Matefelon, valetus, recognovit se recepisse et habuisse in peccunia numerata decem libras turonensium, a religiosis viris abbate et conventu Sancti Juliani Turonensis, quas decem libras dicti religiosi eidem tenebantur reddere in festo Beati Johannis Baptiste ultimo preterito, racione Aalicie, uxoris sue, filie et heredis defuncti Guillermi de Brenna, quondam militis, ut dicebat, promittens et concedens se predictos abbatem et conventum servaturos indempnes super predictis decem libris erga Hugonem de Brocia, militem, Aanordim, ejus uxorem, et eciam erga omnes, supponens se juridictioni nostre, quoad hoc, se et heredes suos et omnia bona sua mobilia et immobilia ubicumque existencia obligando, fide prestita corporali.

Datum die veneris post festum Beati Petri ad Vincula, anno Domini M.CC.LX^{mo} quinto.

303. — 1266, juillet. — COMPROMIS PAR LEQUEL LE CHAPITRE DE SAINT-MARTIN ET LES MOINES DE SAINT-JULIEN DÉSIGNENT DES ARBITRES QU'ILS CHARGENT DE STATUER SUR LE LITIGE QU'ILS ONT ENSEMBLE AU SUJET DES DIMES DE SAINT-MARS. — (Original parchemin, jadis scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 498.)

Universis presentes litteras inspecturis, decanus et capitulum ecclesie Beati Martini Turonensis, salutem in Domino.

Noverint universi quod, cum contencio vertebatur inter nos, ex una parte, et religiosos viros abbatem et conventum Beati Juliani Turonensis, ex altera, super hoc videlicet quod dicti religiosi, seu prior eorum Sancti Medardi de Pyla[1], nomine eorumdem, essent in possessione, vel quasi, percipiendi et habendi ab antiquo, ut dicebant, medietatem decimarum fructuum in territorio nostro de Pyla crescencium, nos opponebamus, minus juste, ut dicebant, quominus dicti religiosi, seu prior eorum predictus, nomine eorumdem, perciperent et haberent medietatem decimarum fructuum predictarum terrarum in predicto territorio nostro sitarum, de novo ad culturam redactarum.

Item, cum dicti religiosi, seu prior eorum predictus, nomine eorumdem, essent in possessione, vel quasi, percipiendi et habendi ab antiquo medietatem decimarum fructuum in dicto territorio nostro crescentium, ut dictum est, et de dicta medietate decimarum fructuum et de stramine seu palea dicte medietatis faciendi suam voluntatem, ut dicebant, nos compellebamus, minus juste, ut dicebant, eundem priorem ad trahendam seu congregandam porcionem suam dicte decime in dicto territorio nostro, pro libito nostre voluntatis, et opponebamus nos, minus juste, ut dicebant, quominus idem prior, nomine eorumdem religiosorum, posset habere et percipere medietatem dicti straminis seu palee antedicte.

Item, cum dicti religiosi, seu prior suus predictus, nomine eorumdem, essent in possessione, vel quasi, percipiendi et

1. Saint-Mars, *modo* Cinq-Mars-la-Pile, canton de Langeais (Indre-et-Loire).

habendi medietatem decimarum fructuum in dicto territorio, ut dictum est, crescencium seu proveniencium, et quedam terre redacte fuerint de novo in vineas in territorio nostro predicto, in quibus antea medietatem decimarum fructuum, ut dictum est, percipiebant, ut dicebant, nos opponebamus nos, minus juste, ut dicebant, quominus idem prior, nomine dictorum religiosorum, perciperet et haberet medietatem decimarum vini in dictis vineis crescentis seu provenientis.

Item, cum ipsi, seu prior eorum predictus, nomine eorumdem, essent in possessione, vel quasi, percipiendi et habendi medietatem decimarum fructuum dicti territorii nostri, ut dictum est, et nos de dicta medietate decime fructuum ipsos, seu priorem suum, nomine eorumdem, contingentem ceperamus et detinueramus, minus juste, ut dicebant, per sex annos ultimo preteritos, quolibet anno dimidium modium vini et tres minas bladi, scilicet siliginis et ordei.

Item, cum ipsi, seu prior suus predictus, nomine eorumdem, essent in possessione, vel quasi, percipiendi et habendi medietatem decimarum fructuum, ut dictum est, in dicto territorio nostro crescencium seu proveniencium, et nos in dicto territorio nostro vineas de novo acquisiveramus, de quibus vineis ipsi religiosi, seu prior suus predictus, nomine eorum, erant in possessione, vel quasi, percipiendi et habendi medietatem decime vini in dictis vineis crescentis, antequam nos predictas vineas acquivissemus, nos super dicta medietate decime vini in dictis vineis crescentis, a nobis sic acquisitis, dictos religiosos, seu priorem suum, de dicta medietate decime vini spoliaveramus contra justiciam, ut dicebant ; nobis premissis negantibus ex adverso :

Tandem nos et dicti religiosi super premissis compromisimus in venerabiles viros magistrum Petrum, subdecanum, et magistrum Petrum, dictum Monachum, canonicos nostros, sub pena centum librarum turonensium a parte resiliente a dicto arbitrio, parti observanti dictum arbitrium persolvenda.

Et volumus et concedimus, sub pena predicta, quod dicti arbitri super omnibus predictis contencionibus, veritate per

ipsos diligencius inquisita, bona fide utrique parti jus suum deliberent, restituant et reddant, prout melius et justius viderint expedire.

Nos vero ordinacionem ab ipsis factam seu faciendam super premissis promittimus, sub dicta pena, ratam habere in perpetuum atque firmam. Et super hoc presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum in testimonium et munimen.

Et debet infra festum Beati Michaelis proximo venturum predictum arbitrium seu ordinacio terminari.

Actum mense julio, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto.

304. — 1266, décembre. — CESSION ET DONATION EN PURE AUMONE PAR SIMON DE PONTE AUDOMARI, BOURGEOIS DE CAEN, AUX ABBÉ ET RELIGIEUX DE SAINT-JULIEN DE QUATRE BOISSEAUX D'ORGE QU'IL AVOIT DROIT DE PRENDRE SUR LE MANOIR DE RONCHEVILLE [1], PLUS DE QUATRE DENIERS SUR UNE PIÈCE DE PRÉ DES DITS RELIGIEUX. — (Archives du Calvados, registre A 151, f° 9. — Autres analyses, Archives du Calvados, registre A 155, p. 13, et Archives d'Indre-et-Loire, registre H 515, p. 14.)

305. — 1268, 10 mai. — ACCORD ÉTABLI ENTRE LES MOINES DE SAINT-JULIEN ET LE CURÉ D'ATHÉE. — (Analyse dans l'*Inventaire des titres du fief de Bléré,* Archives d'Indre-et-Loire, H 513, fol. 62.)

Accord entre les abbé et religieux de Saint-Julien et le sieur curé d'Athée [2], qui prétendait le droit de dixme novalle sur certaines terres. Les abbé et religieux soutenaient au contraire que les dîmes novalles leur avaient été accordées par Jean, archevêque de Tours, dans toutes les paroisses, où ils percevaient les anciennes dîmes, laquelle concession avait été approuvée par bulle du pape Grégoire IX.

Cependant pour nourrir et entretenir la paix entre eux ils sont

1. Roncheville, commune de Bavent (Calvados).
2. Athée, canton de Bléré (Indre-et-Loire).

convenus que les dits abbé et religieux jouiront de toutes les dîmes novalles présentes et futures, *tam in terris ad culturam redactis quam in terris ad culturam redigendis*, au moyen de quoi ils paieront au curé un muid de blé froment, demi muid de seigle et demi muid d'orge, rendable au prieuré de Baune [1] *(de Baunio)*, au jour de Saint-Michel, mesure du dit lieu. Et en outre abandonnent au dit curé la moitié de la dîme qu'ils percevaient : sur un arpent et demi de vigne situé *juxta Oscham Sancti Romani*, jouxte l'Ouche Saint-Romain ; plus sur deux arpents de terre appelés l'Ouche Saint-Romain ; plus sur un arpent au lieu du Treillay ; plus sur un arpent sur la roche de l'église ; plus sur un arpent appellé la Fosse ; plus sur un quartier situé aux Vigneaux [2] ; plus sur un quartier joignant la vigne de Baze ; plus sur un quartier joignant la maison Guillaume Le Cope ; plus sur un quartier joignant la maison de Vincent Jugley près de la rivière, et sur un quartier près la maison de Geoffroy Ernaud.

Le dit accord passé par devant l'archevêque de Tours le jeudi après *Cantate* M.CC.LX.VIII.

306. — 1269, 8 juillet. — VIDIMUS DONNÉ PAR GUY, DOYEN, SIMON, TRÉSORIER, ET LE CHAPITRE DE SAINT-MARTIN DE TOURS, DES LETTRES DE COLLATION DE LA CURE DE MEUVAINES A RICHARD ET A RAOUL BIGOT, PAR HENRI ET ROBERT, ÉVÊQUES DE BAYEUX. — (Copie, Archives du Calvados, registre A 151, f°s 393-394.)

Universis presentes litteras inspecturis, Guido, decanus, Simon, thesaurarius, totumque capitulum Beati Martini Turonensis, salutem in Domino sempiternam.

Noveritis nos vidisse et verbo ad verbum legisse litteras bone memorie Henrici et Roberti, quondam episcoporum ecclesie Baiocensis, in hec verba :

[Ici le texte des n°s 119 et 171.]

Datum horum transcriptum die lune post festum Beati Martini estivale, anno M°CC°LX° nono.

1. Bono, commune d'Athée.
2. Le Vignau, commune d'Athée.

307. — 1270. — CONTRAT DE VENTE PAR GUILLAUME PISCERNA AU PRIEUR DE RONCHEVILLE [1], D'UN JARDIN. . . SITUÉ A RONCHEVILLE, JOIGNANT D'UNE PART A GUILLAUME GERVAISE, D'AUTRE A LA RUETTE. LA DITE VENTE POUR SOIXANTE SOLS TOURNOIS. SE RÉSERVE DIX DENIERS DE RENTE SUR LE DIT JARDIN. — (Archives du Calvados, registre A 151, f° 9.)

308. — 1272, 8 janvier. — ACHAT PAR LE CHAMBRIER DE SAINT-JULIEN D'UNE RENTE DE FROMENT SUR UNE TERRE SISE A CERELLES. — (Original parchemin, jadis scellé sur double queue, Archives d'Indre-et-Loire, H 473.)

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, officialis Turonensis, salutem in Domino.

Noveritis quod in nostra presencia constituti Laur[encius] Pesteilleau et Theophania, ejus uxor, confessi sunt se vendidisse et concessisse, vendiderunt et concesserunt unanimiter coram nobis camerario Beati Juliani Turonensis, precio quadraginta solidorum monete currentis, de quibus se tenent coram nobis plenarie pro pagatis in pecunia numerata, prout confessi sunt coram nobis predicti Laur[encius] et ejus uxor, unum sexterium frumenti ad mensuram Pontis Turonensis, ad habendum, tenendum, possidendum et percipiendum in perpetuum a dicto camerario, vel ejus mandato, et ejus successoribus, ab eisdem venditoribus, et eorum heredibus, super quodam arpento terre arabilis quod habent, ut dicunt, in parrochia de Cesoliis [2], in feodo seu censiva dicti camerarii, sito juxta limitem per quem itur apud Roser[ios] [3], ex una parte, et terram Johannis de Artat, ex altera, die festi Beati Michaelis annuatim. . .

In cujus rei memoriam presentibus litteris ad petitionem ipsorum Laur[encii] et Theophanie sigillum curie Turonensis duximus apponendum.

Datum die sabbati post Epiphaniam Domini, anno gratie M°CC° septuagesimo primo. J. Auth.

1. Roncheville, commune de Bavent (Calvados).
2. Cerelles, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).
3. Rouziers, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).

309. — 1272, 7 septembre. — TRANSACTION ENTRE LES MOINES DE SAINT-JULIEN ET UN NOMMÉ ANDRÉ AU SUJET DES MOULINS DE FONTENAY. — (Analyse dans l'*Inventaire des titres du fief de Bléré*, Archives d'Indre-et-Loire, H 513, f° 20.)

Accord, passé le mercredi veille de la Nativité de la Sainte Vierge M.CC.LXXII, entre les religieux de Saint-Julien et André, qui tenait des dits religieux la troisième partie des trois moulins de Fontenay[1], dont il y en avait deux à blé et l'autre à foulon, lesquels moulins il avait laissé détériorer et avaient grand besoin de réparations. Pourquoi il abandonne aux dits religieux le dit moulin à foulon à perpétuité et sa portion des moulins à blé jusqu'à ce que les dits religieux fussent remplis de leurs déboursés, après quoi il jouirait sa vie durant de la dite troisième partie ainsi que de la moitié de la saulaie devant les dits moulins.

La dite cession approuvée par Jean et Michel, frères du dit André, qui s'obligent de payer aux dits religieux leurs déboursés si le dit André mourait avant d'avoir soldé. Signé, Simon de Castellis.

310. — 1272, 19 novembre. — ACHAT PAR L'AUMONIER DE SAINT-JULIEN D'UNE VIGNE SISE A BONO PAROISSE D'ATHÉE. — (Original parchemin, scellé sur double queue d'un fragment de sceau en cire brune, Archives d'Indre-et-Loire, H 471.)

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, officialis Turonensis, salutem in Domino.

Noveritis quod, in nostra presentia constitutus, Petrus Dames, dictus Burburcus, et Petronilla, ejus uxor, confessi sunt in jure coram nobis se vendidisse et vendiderunt coram nobis et concesserunt perpetuo et hereditarie religioso viro et honesto elemosinario Beati Juliani Turonensis ad opus elemosinarie predicti monasterii, pretio septem librarum monete currentis, ipsis venditoribus ab dicto elemosinario integre in numerata pecunia persoluto, totam quamdam peciam vinee, quam ipsi venditores habebant, ut dicebant, sitam in parro-

1. Fontenay, commune de Bléré (Indre-et-Loire).

chia de Atheis [1], in feodo prioris de Baunou [2], in clausis de Bauvaers, que quidem petia vinee vocatur vinea des Melliers, inter vineam dicti Brocart et vineam Perraudi de Paluz, habendam, possidendam perpetuis temporibus et tenendam ab ipso elemosinario et ejus successoribus titulo et nomine emptionis. . .

Datum die sabbati ante festum Sancti Clementis, anno Domini M°CC° septuagesimo secundo.

311. — 1275, 22 avril (lundi Quazimodo). — CESSION ET DONATION EN PURE AUMONE, PAR GUÉRIN DE VALLE ET SA FEMME, AUX ABBÉ ET RELIGIEUX [DE SAINT-JULIEN] DE TOUT CE QUI POUVOIT LEUR APPARTENIR AU TERROIR DE RONCHEVILLE [3], TANT EN TERRE LABOURABLE QUE NON LABOURABLE. — (Archives du Calvados, registre A 151, f° 10. — Autres analyses, Archives du Calvados, registre A 155, p. 13, et Archives d'Indre-et-Loire, H 515, p. 14.)

312. — 1276, 17 novembre, Viterbe. — BULLE DU PAPE JEAN XXI, CONFIRMANT A L'AUMONERIE DE SAINT-JULIEN LA POSSESSION DES BIENS DONT ELLE JOUISSAIT. — (Copie, B. N., Baluze, 77, f° 91.)

Johannes, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis magistro et fratribus elemosinariæ juxta monasterium Sancti Juliani Turonensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam rigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et domum elemosinariam in qua communi vita *(sic)* degitis, cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus specialiter

1. Athée, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
2. Bono, commune d'Athée.
3. Roncheville, commune de Bavent (Calvados).

autem villas, decimas, vineas, prata, terras, annuos census et alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem domui auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus, salva in prædictis decimis moderatione concilii generalis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Viterbii, XV kalendas decembris, pontificatus nostri anno primo.

313. — 1278, 3 mars, Rome. — Bulle du pape Nicolas III approuvant l'accord établi au sujet des procurations entre l'abbaye de Saint-Julien et l'archidiacre d'Outre-Loire. — (Copie, B. N., Latin, 77, f° 93.)

Nicolaus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Juliani Turonensis, ordinis Sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam rigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum.

Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod, cum olim inter vos, ex una parte, et magistrum Mathæum, archidiaconum Transligerensem in ecclesia Turonensi, super quibusdam procurationibus, quas idem archidiaconus in de Valeriis [1], de Capella Sancti Remigii [2], de Brechia [3] et de Sancto Antonio [4] domibus, ad monasterium vestrum spectantibus,

1. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire).

2. La Chapelle-Saint-Remy, *modo* Saint-Roch, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).

3. Brèches, canton de Château-la-Vallière (Indre-et-Loire).

4. Saint-Antoine-du-Rocher, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).

Turonensis diocesis, se debere de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine percipere asserebat, ex altera, quæstionis materia orta fuisset ; tandem, mediante bonæ memoriæ Juhello, Turonensi archiepiscopo, amicabilis super hoc pacis compositio intervenit, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri[1].

Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, compositionem hujusmodi sicut rite, sine pravitate, provide facta est et ab utraque parte recepta et hactenus pacifice observata, ac in alicujus præjudicium non redundat, ratam et gratam habentes illam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino. . .

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, V nonas martii, pontificatus nostri anno I.

314. — 1278, 3 mars, Rome. — Bulle du pape Nicolas III approuvant l'accord établi entre le chapitre de Tours et les moines de Saint-Julien, au sujet de la prébende appartenant aux moines. — (Copie, B. N., Baluze, 77, f° 92.)

Nicolaus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Beati Juliani Turonensis, ordinis Sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam rigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum.

Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod, licet vos de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine, fructus et proventus unius præbendæ, æqualis fructibus aliarum præbendarum ecclesiæ Turonensis, consuessitis percipere ab antiquo, tamen decano et capitulo ejusdem ecclesiæ fructus et proventus hujusmodi vobis denegantibus exhibere, et inter vos, ex parte una, et dictos decanum et capitulum, ex altera, super hoc horta materia quæs-

1. Voir ci-dessus n° 255.

tionis ; tandem, mediantibus bonæ memoriæ Vincentio, archiepiscopo, et Johanne, cantore Turonensi, amicabilis super hoc inter partes compositio intervenit, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri.

Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, compositionem hujusmodi sicut rite sine pravitate, provide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice observata, ac in alicujus præjudicium non redundat, ratam et gratam habentes, illam auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, V nonas martii, pontificatus nostri anno primo.

315. — 1278, 5 août, Viterbe. — Bulle du pape Nicolas III, confirmant les possessions de l'abbaye de Saint-Julien. — (Copie B. N., Latin, 12.677, f° 186.)

Nicolaus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati monasterii Sancti Juliani Turonensis ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus, apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infragat.

Eapropter, dilecti nostri in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer adnuimus, et monasterium Sancti Juliani Turonensis, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui, secundum Deum et beati Petri regulam, in eodem monasterio institus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Preterea quascunque possessiones, quecunque bona, idem monasterium inpresentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipsum quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinenciis suis ; jus patronatus quo[d] habetis in ecclesiis de Fresneyo juxta Mare [1], de Mevana [2] et de Aneriis [3], et decimas quas percipitis in ecclesiarum parrochiis earumdem, necnon grangias, feuda, redditus et quicquid juris monasterium vestrum in eisdem parrochiis noscitur obtinere ; jus patronatus quod habetis in ecclesiis de Hablovilla [4], de Gerlio [5], de Belloano [6], de Megneyaco [7] et Feritate Mathei [8], cum de[cimis] et redditibus quos percipitis in parrochiis ecclesiarum predictarum, et quic[quid] juris habetis in capellis Sanctorum Dionisii et Georgii [9] ; jus patronatus in ecclesia de Marsonio [10], decimas, mansionarios, jurisdictionem temporalem, redditus et quicquid juris habetis ibidem ; jus patronatus quod habetis in ecclesia de Blereyo [11], redditus et quicquid juris percipitis a rectore qui est pro tempore in eadem, necnon decimas, molendina, grangias, terras, possessiones, terragia, jurisdictionem temporalem et quicquid juris in parrochia ejus-

1. Saint-Côme-de-Fresné, canton de Ryes (Calvados).

2. Meuvaines, canton de Ryes (Calvados).

3. Asnelles, canton de Ryes (Calvados).

4. Habloville, canton de Putanges (Orne).

5. Giel, canton de Putanges (Orne).

6. Beauvain, canton de Carrouges (Orne). — Il faut en conséquence rectifier au tome Ier le sommaire de la charte 51 et supprimer la note 1 de la page 73 et modifier la note 8 de la page 106.

7. Magny-le-Désert, canton de la Ferté-Macé (Orne).

8. La Ferté-Macé, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Domfront (Orne).

9. Chapelles de Saint-Denis et de Saint-Georges à la Ferté-Macé.

10. Marçon, canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).

11. Bléré, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).

dem ecclesie obtinetis ; jus patronatus quod habetis in ecclesia de Cezellis [1], cum decimis, possessionibus et quicquid juris habetis ibidem ; jus patronatus quod habetis in ecclesia de Breys [2] ; jus patronatus quod habetis in ecclesia de Bretiniaco [3], cum decimis, terris, pascuis, molendinis ac universis juribus, que in earumdem ecclesiarum parochiis monasterium vestrum noscitur obtinere ; prioratum de Broutelina (?) et capellaniam Sancti Juliani [4] quam habebitis ibidem, cum decimis, redditibus et omnibus redditibus eorumdem ; prioratum de Feritate Mathei [5], cum decimis, terris, pratis, molendinis, fullonico, usagio in forestibus et nemoribus, et omnibus aliis ad prioratum pertinentibus supradictum ; prioratum de Corpotrammo [6] et jus patronatus quod habetis in parrochiali ecclesia ejusdem loci, cum decimis quas percipitis in eadem parrochia et capella dependente ab ea ; prioratum de Gabronio [7] et jus patronatus quod ibidem in parrochiali ecclesia obtinetis, cum decimis, terris, pratis, juridictione temporali ac aliis pertinenciis suis ; jus patronatus quod habetis in parrochiali ecclesia de Militia [8] et prioratum quod habetis ibidem, cum decimis, terris, pratis, vineis, grangiis, redditibus ac omnibus aliis pertinenciis suis ; jus patronatus quod habetis in parrochiali ecclesia de Bellomonte [9], aut prioratum quod habetis ibidem, cum villa, mansionariis, decimis, terris, vineis, pratis, nemoribus, mollendinis, jurisdictione temporali et omnibus aliis pertinenciis suis ; prioratum Sancti Lezini [10],

1. Cerelles, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).
2. Bray, *modo* Reignac, canton de Loches (Indre-et-Loire).
3. Berthenay, canton de Tours-sud (Indre-et-Loire).
4. Il s'agit probablement de la chapelle de Saint-Julien que l'abbaye possédait en la forêt de Chédon. Saint-Julien-de-Chédon, canton de Montrichard (Loir-et-Cher).
5. La Ferté-Macé, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Domfront (Orne).
6. Couptrain, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Mayenne (Mayenne).
7. Javron, canton de Couptrain (Mayenne).
8. La Milesse, deuxième canton du Mans (Sarthe).
9. Beaumont-la-Chartre, canton de la Chartre-sur-le-Loir (Sarthe).
10. Saint-Lezin, ancienne chapelle, commune de Marçon (Sarthe).

cum capella, decimis, terris, possessionibus, redditibus et omnibus pertinenciis suis ; prioratum de Bueillyo [1], jus patronatus quod habetis in ecclesia parrochiali loci ejusdem, necnon decimas, terras, redditus et quicquid juris habetis ibidem ; prioratum et villam et jus patronatus quod habetis in ecclesia de Cancellis [2], cum decimis, terris, possessionibus, nemoribus, mollendinis, furnis, terragiis, mansionariis et omni juridictione temporali, ac omnibus pertinenciis eorumdem ; prioratum, villam et jus patronatus quod habetis in ecclesia de Nozilleyo [3], cum decimis, terris, possessionibus, domibus, grangiis, redditibus et omni juridictione temporali ac omnibus pertinenciis eorumdem ; prioratum, villam et jus patronatus quod habetis in ecclesia de Chenucum [4], cum terris, vineis, redditibus, juridictione temporali, ac omnibus pertinenciis suis ; prioratum et jus patronatus in ecclesia de Castro Reginardi [5], cum decimis, terris, possessionibus, vineis, redditibus et omnibus pertinenciis suis ; prioratum et villam et jus patronatus de Sonneyo [6], quod habetis in ecclesia dicti loci et capella dependente ex ea, cum decimis, vineis, stagnis, mollendinis, terris, possessionibus, juridictione temporali, ac universis juribus que habetis ibidem ; prioratum Sancti Dyonisii de Ambasia [7], ac jus patronatus quod habetis in ecclesia dicti loci, necnon terras, vineas, possessiones et quicquid juris habetis ibidem ; prioratum de Cessia [8] et villam cum capella quam habetis ibidem, cum decimis, terris, vineis, pratis, pascuis, terragiis, nemoribus, mollendinis, redditibus, juridictione temporali ac omnibus pertinenciis suis ; prioratum de

1. Bueil, canton de Neuvy-le-Roi (Indre-et-Loire).
2. Chanceaux-sur-Choisille, canton de Vouvray (Indre-et-Loire).
3. Nouzilly, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
4. Chenusson, ancienne paroisse, commune de Saint-Laurent-en-Gâtines (Indre-et-Loire).
5. Châteaurenault, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Tours (Indre-et-Loire).
6. Saunay, canton de Châteaurenault (Indre-et-Loire).
7. Saint-Denis, à Amboise (Indre-et-Loire).
8. La Chaise, commune de Saint-Georges-sur-Cher (Loir-et-Cher).

Bauno[1] et villam cum capella quam habetis ibidem ; jus patronatus quod habetis in ecclesia de Atheis[2], cum decimis, terris, possessionibus, pratis, pascuis, nemoribus, grangiis, redditibus ac omnibus pertinenciis suis ; prioratum et villam de Cyconeyo[3] et jus patronatus quod habetis in ecclesia ejusdem loci, cum decimis, terris, vineis, pratis, pascuis, juridictione temporali, mansionariis, terragiis, redditibus et aliis pertinenciis suis ; prioratum de Sancto Medardo[4] et jus patronatus quod habetis in ecclesia ejusdem loci, cum decimis, terris, vineis, pratis, domibus, redditibus et aliis pertinenciis suis ; prioratum et villam de Ambillo[5] et jus patronatus quod habetis in ecclesia ejusdem loci, cum decimis, terris, vineis, furnis, pratis, redditibus, juridictione temporali ac omnibus pertinenciis suis ; prioratum de Brechia[6] et jus patronatus quod habetis in ecclesia ejusdem loci, cum decimis, terris, vineis, redditibus ac omnibus pertinenciis suis ; prioratum de Capella Sancti Remigii[7] cum decimis, terris, vineis, pratis, nemoribus, mansionariis, juridictione temporali, ac omnibus aliis pertinenciis suis ; prioratum de Sancto Anthonio[8] et jus patronatus quod habetis in ecclesia ejusdem loci, cum decimis, terris, possessionibus, redditibus ac omnibus pertinenciis suis ; prioratum de Chemeriaco[9], cum capella quam habetis ibidem et jus patronatus quod habetis in ecclesia ejusdem loci, cum decimis, terris, vineis, pratis ac omnibus aliis pertinenciis suis ; prioratum et villam de Sancto Quintino[10] et jus patronatus quod habetis in ecclesia ejusdem loci,

1. Bono, commune d'Athée (Indre-et-Loire).
2. Athée, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
3. Cigogné, canton de Bléré (Indre-et-Loire).
4. Saint-Mars, *modo* Cinq-Mars-la-Pile, canton de Langeais (Indre-et-Loire).
5. Ambillou, canton de Château-la-Vallière (Indre-et-Loire).
6. Brèches, canton de Château-la-Vallière (Indre-et-Loire).
7. La Chapelle-Saint-Remy, *modo* Saint-Roch (Indre-et-Loire).
8. Saint-Antoine-du-Rocher, canton de Neuillé-Pont-Pierre (Indre-et-Loire).
9. Echemiré, canton de Baugé (Maine-et-Loire).
10. Saint-Quentin-lès-Beaurepaire, canton de Baugé (Maine-et-Loire).

cum decimis, terris, pratis, juridictione temporali, redditibus et omnibus aliis pertinenciis suis ; prioratum de Ranciaco[1], cum capella quam habetis ibidem, cum decimis, terris, vineis, pratis, molendinis, mansionariis, juridictione temporali, redditibus et omnibus pertinentiis suis ; prioratum de Pauliaco et jus patronatus quod habetis in ecclesia de Anchon[2], necnon decimas, vineas, prata, redditus et quicquid juris habetis ibidem ; prioratum de Castrobourdin[3] cum capella et omnibus pertinenciis suis, villam ejusdem castri, jurisdictionem temporalem, redditus, denaria, furnum et quicquid juris habetis ibidem ; prioratum Sancti Cirici prope Redonis[4], cum capella, necnon jurisdictionem temporalem in mansionariis territorii prioratus ejusdem, decimas, terras et nemora, redditus et quicquid juris habetis ibidem ; prebendam quam habetis in ecclesia Beati Martini Turonensis[5] et prebendam quam habetis in ecclesia Sancti Juliani Brivatensis[6] ; jus patronatus quod habetis in ecclesia Sancti Saturnini Turonensis[7], et illam porcionem proventuum quam percipitis in eadem ; domum de Valleriis[8] cum capella et juridictionem temporalem quam

1. Rançay, commune de Monts (Indre-et-Loire).

2. J'ai vainement cherché à identifier ces deux localités, qui l'une et l'autre sont situées en Auvergne. Dans une liste des prieurés et bénéfices dépendant de Saint-Julien elles sont indiquées ainsi : *prior de Poillac in Arvernia...... Ecclesia de Anchon ad collationem prioris de Poillac* (B. N., Latin, fol. 215-216). *Pauliacum* est peut-être Paulhac, commune du canton de Saint-Flour (Cantal), dont l'église est dédiée à saint Julien et où se trouvait au moyen âge un prieuré placé sous le vocable du même saint, bien que, d'après le *Pouillé du XVII*e *siècle du diocèse de Saint-Flour*, publié par A. Bruel, ce prieuré de Saint-Julien de Paulhac dépendait de l'évêché de Saint-Flour et non de l'abbaye de Saint-Julien de Tours. Quant à *Anchon*, je n'ai trouvé aucune localité avec laquelle on pourrait l'identifier. Peut-être pourrait-on penser à Apchon, canton de Riom-ès-Montagnes (Cantal), si la collation de cette cure n'avait anciennement appartenu à l'évêque de Clermont (*Pouillé du diocèse de Clermont*, publié par A. Bruel).

3. Château-Bourdin, commune de Saint-Pardoux (Deux-Sèvres).

4. Saint-Cyr-lès-Rennes, commune de Rennes (Ille-et-Vilaine).

5. Saint-Martin, église collégiale en la ville de Tours.

6. Saint-Julien-de-Brioude, chapitre en la ville de Brioude (Haute-Loire).

7. Saint-Saturnin, paroisse de la ville de Tours.

8. Vallières, ancienne paroisse, commune de Fondettes (Indre-et-Loire).

